13: Ita statuimus, et ordinamus, quod DD: Priores qui pro tempore fuerint semel ad minus in mense quolibet si eis videbitur, et placebit faciant, vel fieri faciant per Sindicum per eos deputandum, et per Nos, et per Cancellarium Comunis dictae terrae requisitorem, seu mostram D: Comis et ipsius Notarii, et familiae, et qui in principio officii cujuslibet Comis dictae terrae teneatur assignare facere in scriptis nomina et cognomina Notarii, et familiae Comis, et dicti requisitionem facerent ut dictum est, et non inventus puniatur ad poenam pro quolibet de Consilio, et qualibet vice decem soldorum Cortonensium. Et si dictus Comis inventus fuerit non habere Notarium

Nrii in decem Libris Cortonens. pro qualibet punctatura puniatur, nisi forte talis punctatus fuerit per territorium d.e terre ad officium exercendum, et si verò inventus fuerit, non habere famulos in Centum Sold. Cortonens. pro qualibet punctatura, vice qualibet puniatur.

Item quod d.i Priores d.e terre, et Consiliarij, ac eor. Cancellarius non possint, presumat commedere, vel bibere cum d.o Pore, vel ejus Nrio, et familia tempore offitij D. Potis ad pena viginti Sold. pro quolibet et qualibet vice.

Dd. Priores Consiliarij et tum Cancel. non possint commedere cum D. Pore, et ejus familia

Item quod Prior DD. Priorum possit congregare, et condonare, et ordinare socios suos in omnibus, et singulis, que in eis pro honore eorum, et bono Comunis videbitur convenire super quibus possit imponere, et exigere pena duorum Sold. Cortonens. vel minus si sibi placuerit vice qualibet que pena convertatur in usu ipsorum.

Qd. Prior Priorum possit congregare socios

Item quod nullus de dd. DD. Prioribus responsione aliqua faciant alicui persone que petierint, et exposuerint aliquid de dd. Prioribus nisi Prior, vel ille, cui comiserit responsione, et facta responsione et facta responsione per Priore vel illum cui Prior commiserit, nullus de ipsis Prioribus aliquid ultra dicat ad pena sacramenti et duorum Sold. pro quolibet vice qualibet, que pena exigatur per Priorem et convertatur ut s.a et Prior ad pena sacramenti teneatur semper dicere socijs suis, et responsionibus faciendis volumus loqui ad insimul de responsionibus faciendis &c.

De respons. DD. Priorum

Prior Priorum debeat suis dicere quod fiendum erit

## De Ambasciatoribus mittendis

18: Item statuimus, et ordinamus, quod quicumque fuerit electus, vel nominatus Ambasciator per d.m Comune, teneatur ire ad requisitione D. Potis, seu ejus Nrij quicumque fuerit deputatus ad eundum sub pena, et ad pena sub quolibet precepto ejus facto per D. Potem, seu ejus Nrium in absen-

sia Cois viginti sold. Cortonens. qua si quis contrafecerit ipso facto incur-
rat qui Ambasciator vel plures, quando iverit in Servitium Cois a XIII: mi-
liaribus semper habeat pro suo salario, et mercede die qualibet XV: sold. Cor-
tones. a XIII: miliaribus vero infra habeat qualibet die X: sold. Cortonens.
nisi quomodo erit quaestor, vel ad D. N. Papam, vel ad aliud Dnum et locum
notabilem, quod tunc habeat salarium per DD: Priores deputand. et quod
Potestas, qui pro tempore, seu Rector fuerit non possit, nec debeat aliquem
constringere ad eundem in Ambasciatorem si tamen eo solicitum assigna-
verit et quod quilibet Ambasciator teneatur, et debeat sibi facere et
Notarius Cois diem accessionis et diem recessionis, et quomodocumque iverit
in Ambasciata vial debeat, et reddere rationem Cois, et DD: Prioribus d.
Terre qui prospere fuerit infra tres dies infra sua reversionem.
Contrafaciend. vero in Centum sold. Cortonens. vice qualibet puniatur et
responsionem quam reportaverit, non debeat exponere nisi in Consilio
d. Terre, vel dd. DD. Prioribus sub pena Centum sold. pro qualibet et
qualibet vice. Qui Ambasciatores post reversionem per D. Potestatem
d. Terre debent iudicari famulos pro quibus receperit pagam tunc etsi pro vo-
caverint aliud, quod factum Cois, quam requisitione facere debeat d. D.
Potestas per famulos suos, quos duxerint d. Ambasciatores si contrafe-
cerint in preiudicium, et per alios, qui eidem D. Poti videbitur regressus culpa-
bilis puniatur in decem libris Cortonensis.

## Quod quodlibet dictum mittatur ad partitum separatim

15: Item ad hoc ut officium DD. Priorum, et Consiliariorum regulato modo procedat, ut in mittendis partis non habeant materiam delinquendi providerunt et ordinarunt quod Potestas, et DD. Priores d. Terre teneantur, et debeant quodlibet dictum, et Consilium cujuslibet Arringatoris mittere ad partitum separatim unum ab alio, quando dicta essent varia in aliquo vel diversa, et illud dictum quod per plures pallectas fuerit reformatum, illud sit autenticum, et plenum robur obtineat, dummodo obtineat, et vincat per majorem partem DD. Priorum, et Consiliariorum, et omnium aliorum massariorum, et hominum ad d.um Consilium vocatorum citatorum existentium, et quod quilibet ex d.is Prioribus, et Consiliarijs, et hominibus mittant ambas manus in bussula, quando recolligitur partitum sub pena XV: denariorum pro quolibet de facto per Potestatem auferenda. Et etiam quod Potestas possit imponere penam si voluerit, quod nullus loquatur in consilio nisi surgendo in pedibus ad locum Arrengarie consuetum usque ad quantitatem XIII: denariorum pro qualibet vice, et quolibet contrafaciente

## De Modo expendendi Pecunia Comunis

16: Item ad hoc, ut pecunia Comunis d.e Terre non indebite et malo modo expendatur, statuerunt et ordinarunt, quod quomodo pasi contingeret per aliquem de pecunia Communis, et habere vel in bonis Cois d.e Terre, vel aliquid aliud propter quod oporteret d.m Coe expendere vel solvere a quantitate decem soldi denariorum Cortones. super quod deliberato prius inter Priores

22:

Quod tunc postea, et reformatio fienda obtineri debeat per duas partes dd. Priorum, et Consiliariorum d. Terre, et aliter a dd. decem libris semper expendi non possint, a dd. vero decem libris infra, et usque, et in decem libris expendant pro utilitatem d. Cois, vel alicui juridice persolvendis dd. Priores habeant plenariam potestatem dummodo inter ipsos vincat ad partitum ad minus per duas partes ipsorum et aliter non

Quod super Processibus pendentibus non fiat proposita et si fieret quod per omnes Consiliarios debeat obtineri

17: Item regulariter volentes officium dd. Priorum, et Consiliariorum d. Terre providerunt, et ordinaverunt, quod dd. Priores, et Consiliarij non audiant, nec presumant aliquo quesito colore proponere, nec proponi facere, quod aliquis Processus, vel inquisitio, qui fuerit, vel fieri, vel innovari contingerit in Curia d. Cois super aliquo maleficio, vel delicto pendente in Curia d. d. Cois vel aliqua Condemnatio facta de aliquo maleficio, excessu vel delictu, quod d. processus, vel inquisitio, seu condemnatio tollantur, suspendantur, vel mittigentur in totum, vel in parte ad penam quinquaginta librarum si contigerit d. proposita fieri primitus declaratus inter ipsos Priores secundum formam Statutorum et reformationum inde factorum super pred. obtineri debeat per omnes de Credentia, et per oes de Consilio, et totum quidquid d. m. fuerit reformatum debeat per Potestatem observari, et si ultra vel preter d. formam reformatio fieret sit nullius efficacie, vel valoris, et d. Cois vel Sindicus, et officialis d. reformationi fiende ultra, vel preter formam

pred.

preff. nulla fidem adhibeant de reputatione dic. reformationis Scindicari non possint, qua forma de verbo ad verbum servari debeat cum effectu, q. d. tractaretur, vel proponeretur de rebandiendo aliquos ex bandiros, vel aliquid de eorum condemnationibus remittendo, vel de homicidio tantum. Si vero tractaretur, vel proponeretur de rebandiendo aliquos ex pred. vel condemnatis de alijs maleficijs, excessibus, vel delictis, vel aliquid de eorum condemnationibus remittendo, obtinere, vel vincere debeat saltim per duas partes Consiliariorum, et Credentie, si aliquis fieret non valeat ipso iure.

## De Electione Scindici et Scindicatu Dni Potestatis

18. Item statuimus, et ordinamus, quod Priores d. Terre una cum Consilio, et Credentia octo diebus ante finem officij Potis d. Terre eligant duos Scindicos de d.a Terra ad Scindicandum Potem d. Terre, et eius Not. et familiam, qui iurent in manibus Cancellarij d. Comunis, qui pro ore fuerit presentia DD. Priorum, et Consilij d. Terre d. eorum officium Scindicari bene et legaliter exercere sine aliqua fraude et faciant p. d. Terram publice preconizzare, quod quicumque vult aliquid dicere seu petere d. D. Poti, et eius Not. et familiaribus venire coram eis DD. Scindicis ad petendum et dicendum quidquid volunt, et teneantur d. Scindici videre, exquirere diligenter omnes, et singulas condemnationes, et sententias latas super d. Potem, super quibuscumque maleficijs.

24.

excessibus, culpis, et delictis, et quibuscumque aliis p. eumdem D. Potestatem, et ejus Nos.[tarium] et familiam in d.[ict]o officio, vel in d.[ict]a Terra, et ejus Terr.[itori]o factis et gestis administratis et si viderint eumdem D. Potestatem, vel illius Nos.[tarium] et familiam in ipsis condemnationibus, et sententiis in aliquo deliquisse, vel ea iuste non tulisse, vel ex ipsis aliqua per negligentiam omisisse et eas non exequisse, teneantur, et debeant ipsum Potestatem, vel Nos.[tarium] in praedictis delinquentes punire, et condemnare secundum formam Statutorum, et ordinamentorum d.[ict]ae Terrae et ipsa sententia vel condemnatio injusta, vel omissa ut iuris fuerit ad rectum Judicium per eos d. Scindicos reduci teneantur et d. Sindici super omnibus, et singulis aliis quibuscumque p. d.[ictu]m Potestatem, vel ejus Nos.[tarium] et familiam gestis, et administratis de quibus contra ipsum Potestatem vel ejus Nos.[tarium] et familiam data fuerit petitio aliqua, vel querela praecedente, p. iuris fuerit terminat.[a] secundum formam Statutorum, et ordinamentorum d.[ict]ae Terrae, et ipsum Potestatem, et ipsius Nos.[tarium], et familiam in praedictis omnibus a d.[ict]o Scindicatu absolvere, vel condemnare debeant infra quinque dies post finem officii d. Potestatis proxime futuros, et semper d. officium et Scindicatus d. Scindici exerceant ad bancum iuris, et si d. Scindici negligentes fuerint in praemissis, vel aliquo praedictorum in quinquaginta libris Cortonens. puniatur et quod nullus de d.[ict]o Castro possit p. d. Potestatem, vel ejus Nos.[tari]o et familia esse Procur.[ator], vel ad.[vocatu]s sub d.[ict]a poena quinquaginta Librarum in uno quod ultra tertiam salarii d. Potestatis retineatur per Cam.[erarium] Comunis usque quo

Sindicatus D. Potestatis
exercendo infra quinque dies

quod nullus terrigena possit esse
Procurator per Potestatem
in Scindicatu ipsius

quo d. Coias fuerit absolutus, vel condemnatus. Item providimus et ordinamus, quod dd. DD. Priores, et Consiliarij de Terre nec debeant, nec presumant aliquo modo vel causa, aliquo colore quesito se intromittere, vel aliquid facere pro nec contra in Scindicatu d. Coiis d.e Terre, vel familiaris publice, vel occulte, et si dd. Priores, vel Consiliarij intromitterent se quandocumque de Sindicatu pred. in fav. dem Coiis, vel ejus Not. et familia in viginti quinque libris pro qualibet vice qualibet puniatur. Et d. Priores qui fuerint pro tempore quando Scindicabitur Coias pred. teneant, et debeant omnia, et singula nomina eorum, et Consiliariorum et aliorum de Credentia scribi facere p. Notum, vel Canc. dem Coiis in Cartusijs scilicet quodlibet nomen in una Cartusia pro se, et mittantur omnia insimul, et de ipsis Cartusijs recipiantur tres ad fortunam, et illi tres sic recepti sint Scindicatores DD. Scindicatorum vel eligant alios loco ipsorum, qui jurent et teneantur Scindicare DD. Scindicatores de Scindicatu facto p. eosdm, et si invenerint illos delinquentes in ipso Scindicatu puniantur, et condemnentur penis in statuto determinato super quibus procedat summarie, et de facto sine strepitu, et figura judicij, et dum Scindicatum expediri debeant infra unum diem finito eorum officio aliquo Scindici ipsi remaneant absoluti. Et si d. Priores, et tres alij Scindici sicut permittitur eligendi in predd., vel aliquo pred.rum fuerint negligentes, et preda non adimpleverint cum effectu in decem libris Cortonen. pro qualibet vice qualibet puniatur, et Camerarium venturum et Castalli d. Coiis teneantur ipsos denuntiare sub da. pena, et dd. Scindicatores habeant pro eorum salario de aere Coiis quinque sold. pro quolibet et qualibet die.

Quod electa tertia pars Cam. dem Coiis retineat donec Coius fuerit sindicatus

Quod DD. Priores et Consiliari non se intromittant in d. Scindicatu nec pro, nec contra

Quod extractio Scindicatorum

# Quomodo conserventur Scripta Cois

19: Item ad hoc ut acta Cois defraudari, aboleri, furari, vel falsificari nequeant, et in his non defraudetur, et quod pecunia Cois non expendatur indebite, et quod aliæ massaritiæ ipsius Cois non perdantur, Statuimus, et ordinamus quod omnia acta, et Scripturæ ponantur, et poni debeant in Armario existente in Sala Palatij d. Terræ, vel alio ordinato, vel ordinando bene clauso, in quo armario sint tria serramina, cum tribus clavibus, quarum unam teneat Camerarius Cois, aliam teneat Potestas d. Terræ, tertiam vero Prior Priorum d. Terræ, et illi libri, vel Scripturæ, qui assignantur Camerario, seu Notario Cois custodiantur, per duos Camerarios, et Notarium d. Terræ diligenter et fideliter in d. Armario reponantur. Et dicimus quod si, et quicumque Potestas, vel ejus Notarius deberet aliquem librum, vel Scripturas d. Cois aliquid videre, vel de eis aliquid copiare, quod d. Armarium aperiatur, et d. libri, vel Scripturæ aliæ d. Potestati et ejus Notario ostendantur in præsentia DD. Priorum, vel majoris partis ipsorum, et Camerarij, ac etiam Cancellarij d. donec et quando dici de dictis Libris, et Scripturis aliquid copiaretur per quemcumque, Camerarius, et Notarius d. Cois debeant interesse, et ipsis Libris, et Scripturis visis, lectis, et copiatis immediate in d. armario reponantur præsentibus, et videntibus dd. DD. Prioribus ut supra. Item dicimus quod in d. Armario Potestas, qui pro tempore fuerit teneat, et debeat reponi facere balistas tamen totus bombardas et balistas, et alias massaritias d. Cois, et quod quilibet retinens aliqua Scriptura, vel aliqua ex dd. massaritiis, debeat infra tertiam diem post quam preconizzatum fuerit, vel sibi injunctum

injunctum fuerit per Rectorem, Syderie et ipsius Scripturas, et balistas, sagittamen, bombardas, vel alia vere ad ipsum Comune spectan. et pertinentem ei ips. Rect., et Priori Priorum, et Cam.leo d. Cois portare, et assignare, et si quis contrafecerit in premissis in decem sold. Cortonens. vice qualibet puniatur qua steterit in mora restituendi, et assignandi, et de omnibus rebus, et massaritijs predd. teneatur Rectas, et Priores pred. fieri facere duo Invent. quorum unum teneat Rectas, et aliud Cam.lius d. Cois

## De Pena non Solventium Dativas temporibus retroactis

20. Item ut pecunia Cois non valeat occupari, nec modo in quoquovis defraudetur, statuimus, et ordinamus, quod omnes, et singuli debentes solvere aliquas dativas, vel collectas a decem annis citra ad eas cum effectu, et quolibet ipsarum solvere teneatur infra spatium unius mensis, postquam banditum, et preconizzatum fuerit sub pena dupli dd. dativarum, et collectarum, et si quis non solverit dd. dativas impositas alterata, et in ea poss.u de qua non fuerit soluta dativa, et ipsa in libris, et casis d. Cois scripta, et accatastata reperiantur. Si quis damna dederit personaliter, vel cum servijs ad penam aliquam minime teneatur, donec ipsas dativas et collectas solverit cum effectu

Qui dativ. impositas non accatastatas vel de quibus scripturam non solvat damnum nec teneatur ad penam

## De Libro faciendo Not. Reformationum de Inquisitionibus, Denuntijs et Accessis

21. Item ad hoc ut pecunia Cois, et advenien. non accusetur, nec valeat occu...

128 d. Terre mo.to indebite defraudari, et ut Potas, et off.les d.e Terre purdicentur de administratis per eos, statuimus, et ordinamus, quod Potas, et ejus Nor. d.e Terre teneantur, et debeant vinculo juramenti ad penam decem lib. Cortonens. quoties contravenerint, quod quemcumque contingerit recipere aliquas denuntias, vel accusationes, vel formari aliquas inquisitiones contra quoscumque de quibuscumque maleficijs, vel delictis, quod ea die, qua accusa vel denuntias receperit, vel inquisitione formaverit dare, et mittere in scriptis Nor.io reformis d.e Terre noia, et cognomina accusatoris, et accusati, vel inquisiti, et excessi contenti in accusa vel Inquisitione pred. et Nor.ius d. Cois teneatur qualibet die ire, vel mittere ad curiam d. Potis ad exquirendum, petendum, et recipiendum nomina et causas pred. de quibus faciat unum librum cujus scriptus plena fides datur, quem librum dictus Nor.ius teneatur, et debeat vinculo juramenti assignari Scindicatis, et officialibus pred. Et si Nor.ius d. Cois in pred. fuerit negligens in observatione omnium pred. puniatur in pena decem sold. Cortones. pro qualibet vice. Qui quidem Scindicator teneatur, et debeat ad penam decem lib. inspicere, exquirere, et videre d.m librum, et processus, et sententias factas super ipsis, et si reperierit dolum, fraudem vel aliqua negligentia comisisse in puniendo, procedendo, vel condemnando illos, vel illum, quos vel quem, vel eos invenerit deliquisse, et excessisse in aliquo pred. ad interesse Cois. Et mitiat Potas, et ejus Nor.ius in libris decem pro qualibet causa, et qualibet vice, quod in pred. fuerit delictum, vel excessum.

Ut Potas teneatur immittere ad Cam.am noia et cognom.a accusator. et accusatis.

## De Protestatione facienda

## Notarium de Terre

12: Item, ut officium DD: Priorum de Terre magis regulariter procedat. Statuimus, et ordinamus, quod Notarius reformationum de Terre teneatur, et debeat in omnibus, et singulis propositis faciendis per Potestatem, et DD: Priores, ante ea, quae sibi videantur fieri expresse, et directe in preiudicium Coîs contra formam statutorum de Terre dicere, et protestare dd. Potti, et Prioribus in Consilio, et credentia viva, et alta voce, ita quod omnes ipsi saltim audiant, quod ipsam propositam non faciant, quia est contra formam statutorum, et preiudicium Coîs, quae protestae d. Notarius scribere teneatur, ut sibi videbitur, quae scripta valeat, et teneat, et si Notarius ut dictum est, non observaverit puniatur vice qualibet in decem soldis Cortones.

## De Fontana Castelli

13. Item statuimus, et ordinamus, quod Potestas de Terre teneatur, et debeat fodi, cavari, et noviter edificari facere per Coe et homines de Terre Fontanam Castelli situatam intra fossos de Terre de Consilio Magistratorum lapidum igniamentorum in talibus expertorum, ita, et taliter, quod in casu exercitus, del asseij, de aqua d: Fontis tota Universitas de Terre commode substentetur talem fontem magnitudinis, et profunditatis ibidem edificari, construi faciat sumptibus, et expensis d. Coîs, ut dictum opus sium, et dd. Priores, et consilij eligant unum, et constituant ex hominibus de Terre bonum et sufficientem

30: Sic perspiret, et qui bene diligat et acceptet actione, et edificatione d. Fontis ad utilitatem, et honorem Ecc: et d. Cois, et sibi faciant, et ordinent salarium competentem, et omnes, et singuli tam Magistri, quam alij qui ad actione d. Fontis stabunt, teneantur, et debeant eum superstiti in omnibus, quae ad d.um opus spectaverit ortaliter obedire sub pena superstitem imponenda usque ad quantitatem decem sold. pro quolibet, et qualibet vice; Et contra omnes inobedientes Potas d. Terre teneatur subito facere ex se actione, teneatur etiam d. Potas facere, vel fieri facere requisitione de omnibus magistratis et alijs ad d.um opus existentibus toties quoties a d. superstite fuerit inquisitus et repertus culpabilis, et inobediens puniatur, ut s.a donec d. Fons, et d. opus fuerit completum, et si d. Potas in pred. vel aliquo pred. fuerit negligens in viginti quinque libras Cortonens. puniatur de suo salario

## De fortificatione Carbonarie, Fossorum, et Steccatorum

24: Item statuimus, et ordinamus, quod pro maiori fortificatione d. Terre d. Potas teneatur, et debeat tempore sui Regiminis semel tantum remundari, et reaptari facere omnes fossos circuitos d. Terre, et etiam steccatum, et bastalia, ac etiam muros berteschas, et alia fortellitia d. Cois ubi opus fuerit et necesse expensis Cois d. Terre, et pena dece libras Cortonens. de suo salario retinend.

# De Cereis Communis

56 Item Statuimus, et ordinamus, quod ad honorem et reverentiam Omnipoten=
tis Dei, et Beatę Marię Virginis, et Sancti Nicolai specialis Protectoris,
Patris, et Gubernatoris Comunis, et Populi d. Terrę in festivitatibus ipsorum
scil. in festivitate San: Nicolai, quod est die 6: mensis Xmbris Potestas, et
Priores, et Consiliarij d. Terrę teneantur, et debeant emi facere per Cam=
merarium d. Coïs de pecunia, et aere d. Coïs unum Cereum pulchrum, et bene labo=
ratum valoris, et extimationis duorum florenum, et plus arbitrio Potis et Prio=
rum, et ipsum Cereum d. Potas, et Priores, et Consiliarij debeant ~~in~~ dummodo in
dicta Eccl.a Sancti Nicolai in d.o festo Missarum Solemnia celebrantur sonis
tubę, et aliarum tifularum in d.a Terra existentium honorifice precedentibus
portari facere, et in manibus Presbiteris celebrantis in devotione populi os
culo interveniente Pretor d. Priorum offerat, et assignet et similiter
faciant in festo Stę Marię de mense Augusti ad Ecc.am Stę Marię
d. Terrę, et similis modus servatur et Presbiteri, et Clerici dd. Ecc.rum ad
devotione Populi teneantur ipsos Cereos comburi facere in dd. Ecc.is dum divina
celebrantur off.a, et si dd. Presbiteri, et Clerici d. Cereos venderent, et ~~in~~
eorum proprio usu converterint, et aliter devastarent pro sequenti anno d.
Comune ad pred.um oblig.ne facienda minime teneantur, et quam primum
contingenti Episcopum Narnię, vel ejus Vicarium ipsas Ecc.as more solito
visitare teneantur dd. Potas et Priores qui pro tpre fuerint reclamare
facere de pred.; et si d. Potas pred.a non adimpleverit cum effectu in decem
librarum Cortonensium puniatur, et similiter dd. Priores si negligentes fuerint, et pred.
non sollicitaverint cum eff.u in quadraginta sol. pro qualibet vice puniatur

31:

## De Mensuris faciendis p Comune

16: Item Statuimus, et ordinamus quod p d. Potestatem et Priores d. Terre fiant et fieri debeant mensuras ad mensurandum granum, vinum, et oleum solite, et antique Capacitatis, et passettus ad mensurand. pannum Lane et pannum Canapis, que non possint deminuere, vel augeri, et mensura ad mensurand. granum, et alia blada sit de ligno Cruciato desuper de ferro, et altera sigillata ad Claves Ecc.e et mensura vero ad mensurand. vinum, et oleum sint et esse debeant de Ramine sigillate ad Claves Ecc.e, et passettus ad mensurandum pannum lane sit trium palmi more solito, et passettus ad mensurandum pannum Canapis sit quatuor palmor. more solito, et quamlibet eorum teneat Cam.us d. Com.is vel alius quem d. Priores deliberaverint eligere, qui dd. mensuras ostendat, et tradat Pot.i vel ejus Not.o si eas voluerint pro suo officio exercendo cum dd.s mensuris, vel mensurare cum eis teneatur et ad d. mensuras, vel altera eorum cum prestare cuilibet petenti sine aliqua pensione, vel mercede

## Quod omnes reformationes facte in Consilio sint firme

17: Item Statuimus, et ordinamus quod omnes reformationes facte in Consilio, et Credentie d. Terre dummodo fiant modo et forma debitis, et ordinatis ut superius est expressum firme sint, et valide, et Pot.s et ejus off.es teneantur, et debeant executioni mandare sub pena quinquaginta Librarum de suo salario retinendarum in fine debito non obstante terminare quod in ipsis reformationibus, vel eorum aliqua appareret aliquis defectus ordinis

seu solen:

tem solennitatem, vel substantie ac statutorum suspensione alicujus cujus- 
cumque

## De Venditione Gabellarum, et aliarum Rerum Comunis, et quod nulla fraus fiat in eis

18 Ad hoc ut fraus aliqua committi non possit in venditionibus, et alio-
rum bonorum Cois statuimus, et ordinamus, quod MM. Priores, et Consiliarii
d.e Terre qui nunc sunt, et erunt pro tempore non possint nec debeant vendere
aliquam Gabellam nisi modo et ordine infrascriptis ~~[illegible]~~. Quandocumque debet vendi
aliqua Gabella, vel introitus Cois, vel locari quibuscumque, quod tunc fiat pro-
posita per Notarium reformationum d. Cois in Consilio MM. Priorum, et Credentie,
et si obtineatur in Credentia de venditione et locatione Gabellarum,
et aliarum rerum d. Cois, et pred. venditione fienda, tunc fiat Sindicus in d.o
Consilio ad vendendum, vel locandum dd. Gabellas possessiones, et bona, et postea
banniatur in d.o Consilio, et per totam d.am Terram pro commissione d. Cois tribus
vicibus, et in publico bannimento dicatur quis nominando quantitatem quam
invenit de dd. rebus, vel aliqua ipsarum, et postea fiat iterum Consilium, in
quo pred. Sindicus vendatur, et concedatur plus offerenti, et iuramentum faciat
sufficiente. Et d. Potestas, et Priores qui nunc sunt, vel pro tempore erunt,
teneantur, et debeant secundum formam predictam d. venditionem et locationem
facere et fieri facere ad penam decem librarum pro quolibet ipsorum, et
si aliter facta fuerit locatio, vel venditio preter d.am formam ipso jure
non valeat et emptor puniatur d.a pena et ut emptorem ipso facto respiciat
d. Coi, et Priores qui succedunt in loco predecessorum suorum teneantur

infringere, et cassare venditiones, et locationes pred.as, et Potas teneatur
ipsos delinquentes punire, et condemnare in pena pred.a, et diligenter inqui
rere de pred.s, et si ipse Potas fuerit negligens in pred. decem libris Cortonen.
puniatur, et quod d.e venditiones non possint fieri nisi p. Mag.cum Dom.um d.e Terre,
nec scribi p. Notarium Coïs

## De Muris ruptis reparandis

129 Item statuimus, et ordinamus, quod Potas d.e Terre teneatur, et debeat vin
culo juramenti, et pena viginti quinque librarum Cortonen. ad omnem requisi=
tione M.M. Priorum, et Consilij d.e Terre facere resarcire, reparare, et si opus
fuerit denuo murari muros ruptos, et devastatos circum circa d.e Terre ubi fracti
et devastati fuissent, vel si fuissent in actu diruendi, vel ruinandi expensis
Coïs pred. servandum provisione M.M. Priorum, et Consiliariorum d.e Terre, et si
ipsi Priores, et Consiliarij, vel aliquis ipsorum contrafacientes, vel impedientes
pred.a puniatur quilibet contrafaciens, vel impediens in centum solidis Cortonens.
vice qualibet, et hoc Capitulum tolli, suspendi, vel mutari non possit per Con-
silium vel Arrenga modo aliquo sine causa. Et quicumque arrengaverit
contra pred.a puniatur p. Potestatem vice qualibet in pena pred.a, et dicimus in hac
n.ra lege sancimus, quod omnes, et singuli habentes domus conjunctas muris
circuitus d.e Terre sint solliciti, et experti de die, noctuque ad custodiam
d.i murorum, ita quod ipsi muri aperti interiori et exteriori frangi non
Aliunde intrans quam per portas pro rebello habeatur possint, vel ardeari, aut aliquis intrare contra Comune, et homines d.e Terre
per clavem domus aliquis intraverit habeatur pro Rebello, et Proditore Coïs
et Populi d.e Terre, et quod omnes muri circuitus d.e Terre reparentur et mu-
rentur ad tertium domorum infra expensis domini domus ipsius muri conjuncti
et Coe

et Commune teneatur dare sibi calcem, et lapidem ubi deficerent opp.no secundum descriptionem Cois, et DD. Priorum, et non alijs. Attentis verò dictarum domorum super, vel ubi domus aliqua conjuncta non esset ipsi muro teneatur d. Coe reparare, et temperare ipsum murum totum omnibus et singulis expensis ipsius Cois 33: quomodo domus contigua menijs Cois reaptentur

## Quod si aliquis habitator Terre Collescipionis vel ejus Territorij se spoliatum vel derubatum fuisse ab aliquo forense

30: Item statuimus, et ordinamus, quod si aliquis habitator d. Terre vel ejus territorij offenderit se derubatum, sive spoliatum fuisse ab aliquo forense, sive casu pro occasione reorum aliorum d. tali forensi concessarum pro debito alicujus habitatoris d. Terre ad aliquem in veritate teneatur quod d. habitator per ejus debito d. forensi represalie concesse sint, et constet firmiter esse debitum d. forensis quod Potas, et ejus curia summariè et de plano sine strepitu, et figura judicijs rogat, et cogere teneatur d. debitorem ad petitionem d. habitatoris spoliati ad satisfaciendum sibi de illa quantitate pecunie quam mostrabit solvisse illi qui eum spoliavit, et expensis De represalijs pro aliquo

## De actis Communis reassignandis

31: Item statuimus, et ordinamus, quod Potas d. Terre, et suus Notarius teneantur, et debeant omnia acta, et alias quascumque scripturas per ipsum, et etiam per ejus Notarium opre sui officij d. Prioribus, et Camerario d. Cois, et si contrafecerit quolibet die, quo steterit in mora in non assignando acta et scripturas pred. secundum modum pred. puniatur ipse Potas, et suus Notarius in decem libris Cortonens. idem dicimus de actis, et scripturis factis per Cancellarium d. Terre opre sui offij Cammerariatus quod D. Potas per triduum ante finem sui offij debeat acta, et atta consignari

36. et ea omnia, et alias Scripturas ad ejus manus pervenetas teneatur in d. Consilio reassignare, que acta, et Scripture predte sicut permittitur reassignare recludantur in Archivio Cois. Addimus tamen, et ordinamus quod Successor Potas possit et debeat super omnibus, et singulis processibus, et actis pendentibus procedere, et pronunciare, et definire infra 30. dies post introitu sui offij, et regiminis, ne currat interim tempus Poti tam in Civilibus, quam in Criminalibus habentibus tam aliqua in Curia d. D. Potis, et si d. D. Potas negligens fuerit in predd. in viginti quinque libris Cortonens. vice qualibet puniatur, si post assignationem d. librorum, et actorum, usque ad ultimum diem offij d. Potis committeretur aliquod maleficium, vel excessus, quod d. D. Potas et ejus Curia teneatur diligenter procedere, et inquirere super premissis, et ordinare nomine librum, et ipsum postea assignare in d. Consilio ult.o die sui offij

## Quod Statuta non Suspendantur

37. Item statuimus, et ordinamus, quod nullus Statutus d. Terre possit rumpi, vel suspendi nisi prius fuerit obtentum per tres partes Consilij, et Credentie d. Terre ad bussulas, et palluctas, et si secus fieret non valeat, neque teneat ipso jure, et quando imponeretur aliqua dativa prestanti, vel collecta, et expense Cois d. Terre vincatur per majorem partem Consilij, et si aliter fieret, non valeat, ut dictum est, et non possit preponi, quod in Sindicatu Potis infra tempus sui offij quod aliquod Capitulum Statuti suspendatur, et derogetur aliquo modo vel causa in ea d. Sindicatus, et si Priores, vel Consiliarij contrafecerint, vel attestaverint in decem libris Cortonens. pro quolibet ipsius vice qualibet puniatur, et ipsa suspensio non valeat ipso jure, et ab offo sui. Si quis contrafecerit sit ipso jure privatus

# De Fidejussoribus, vel se obligantibus pro Commune

33. Item statuimus, et ordinamus, quod si aliquis temporibus preteritis, vel in futurum obligaverit se nomine d.ti Co.is vel proprio, et privato no.e occa.e d. Co.is in alia quantitate pecunie alicui dante, vel solvendo si sibi injunctum, vel impositum fuerit per homines, et universitati d.e Terre Co.is, quod de d.a obligatione seu promissione, ac etiam de omnibus instru.ta, vel scriptura que inde apparerent d.s talis promittens, vel se obligans, et sui heredes, vel bona d.a Co.e semper conserventur indemnis, et quod d.ta Co.e teneat, et debeat illud solvere de pecunia, et aere d.ti Co.is omnibus ipsius Co.is sumptibus, et expensis.

## De Conservando Jus contra Forenses

34. Item statuimus, et ordinamus quod jura d'occolarum d.e Terre non valeant deperire, quod si aliquis habitator d.e Terre habeat aliqua jura con forenses aliquos, quod talis habitator d.e Terre, et ejus Terr.ij possit, et valeat ipsis juribus uti contra ipsos forenses et ejus vassallos, et bona, et res d.e Terre, qui pro ofra fuerit ad pena viginti quinque librar. Cortonens. ipsos forenses, et ejus vassallos cujuscumque Con.tis, et status existat ad petitione d.i habitatoris d.e Terre, vel ejus Terr.ij pecatr, et personaliter capere, et detinere pro usque d. habitatori d.e Terre vel ejus Terr.ij de quantitate per eum petita fuerit integraliter satisfactas prescri.ne, seu lapsu temporis non obstante, dummodo ipsa jura constent per publ.a instru.ta, vel per apud., vel per idoneos testes, et hoc Cap.m sit precisum, et soli, vel derogari non possit, dummodo de ipsis juribus, et consensis in eis refutatio non appareat. De modo proceden con forenses fugitivos

38.

## Quod Nullus possit esse pro Scambio in Officio

35 Item statuimus et ordinamus, quod si quis fuerit, vel esse debeat in off.io Priorum et Consiliariorum d.ae Terrae non possit esse pro scambio alicujus in d. off.io et quod Not.rius et Canc.rius d. Coiis teneantur notificare D. Coti et Prioribus pred.is tp.re, quod tractaretur de elect.e pred.a et si secus fecerit d. Priores, et Consiliarij teneantur ad penam centum sold. Cortonens. pro quolibet et talis electio non valeat, et Potestas non debeat recipere ad off.um ad penam decem librarum, et vocem non habeat in Consilio, et si Not.rius electionem ipsam scripserit ad d.am penam centum sold. similiter teneat, et Potestas teneatur pred.a facere observare ad petitionem cujusq. petentis, salvo quod si contingerit, quod extractus ad off.um DD. Priorum et Consiliariorum esset mortuus infirmus, absens, vel aliter impeditus, quod non possit ad d.um offitium interesse, et quod tunc possit eligi alius sufficiens idoneus loco sui de domo sui extracti, si vero in eadem domo non reperiretur sufficiens ad d.um off.um exercendum, quod tunc eligatur alius de ead.m Parrochia ad d.um offitium exercendum, et si aliter fieret talis electio non valeat, et si dd. Priores, et Consiliarij contrafecerint in pred.is teneantur ad penam viginti quinque sold. pro quolibet

## Quod Potestas teneatur videre pondera et mensuras

36. Item statuimus et ordinamus, quod Potestas d.ae Terrae qui pro tempore fuerit, teneatur, et debeat cognoscere et inquirere de omnibus mensuris et ponderibus d.ae Terrae dominus bis in ebdomada qualibet, vel pluries si ei videbitur

Not.rius

Notarius Curiae, et homines socii illorum, qui mensuras, et pondera teneat, et inquirere, et
procedere super premissis et delinquentibus ea Cont.ª, vel preter formam Statutorum,
et pred.ª facere teneatur ad penam Centum Sold. pro qualibet vice, qua fuerit negli=
gens in pred.ᵗ de suo Salario retineantur, et credatur relationi Not.ʲ Curiae addito
quod Camerarius d.ⁱ Cōis teneat et habeat unam hastam de ligno de duobus bracchijs
signatam ad quam Mercatores ementes, et vendentes ad mensuram d.ᵗᵉ haste ven=
datur, et emant, et omnia pondera Stateras et mensuras quibus vendatur
Carnes, et Caseum, et alia similia, et etiam mensuras cum quibus venditur
granum ordeum, et omne aliud genus frumenti vel leguminis ac sal, vinum,
oleum et omne aliud quod mensuratur, seu ponderatur, et secundum d.ᵗᵃˢ men=
suras, et pondera quilibet habitator d.ᵗᵉ Terre, et ejus Terr.ʲʲ et omnes ven=
dentes, mensurantes, et ponderantes debeant vendere, mensurare, et
ponderare ad d.ᵗᵃˢ mensuras, et pondera, que mensure, et pondera sint
sigillate sigillo d.ⁱ d.ⁱ Cōis, et siquis ad aliud pondus, seu mensuram ven=
deret, vel ponderaret in viginti Sold. Cortonens. vice qualibet puniatur

Quod Prothocolla Notariorum mortuorum
vel infirmorum vel absentium
possint per alium relevare
et publicare cum au=
thoritate Dñi
Potestatis

37: Item Statuimus, et ordinamus, quod prothocolla Notariorum mortuorum, infirmo=
rum impeditorum, vel absentium, cum authoritate Pot.ˢ possint rele=
vari et publicari per alium Not.ᵐ pub.ᶜᵘᵐ et adhibeatur eis fides plena
ac si esset publicatum, et facta per Notarium, qui ipsa prothocolla scripsit

40: per bona, et idonea nos.^{tos} ad petitione illius ad quos pertinent, et publicatis, et actitatis habeantur, et valeant, et teneant, ita tamen quod propter subscriptione Nod.ij in protocollis non mittetur nec apponi possit ratione dictae subscriptionis non reperte, dummodo fiat comparatio Not.us si dubiuerit.

## De Obligatione facta per Seindicum Cōis executioni mandetur

38: Item statuimus, et ordinamus, quod omnes et singule provisiones, et obligationes facte quepiam per Seindicum Cōis dictae Terre, vel per alium de d.o loco de m.to vel ad petitione d.i Cōis aliquibus personis man.ti de aliquo debito pecunię persolvendo, de quo appareret pub.co Instr.to, de quo non appareret Instrum., de la parte esse satisfactum predictae obligationes, et provisiones exeq.ne mandentur p. d.m Poteam, et curiam dictae Terre ad petitione petentis, et de bonis, et aere comis, et universitas dictae Terre, et si d.s Potas negligens fuerit in predicto in viginti quinque libris cortonens. vice qualibet, quare p.s fuerit puniatur

## Quod si Comunis vel Specialis persona fuerit ab aliquo damnificata requiratur damnificans per Ambasiatam

39. Item statuimus, et ordinamus quod Potas dictae Terre teneatur vinculo juramenti ad petitione cujuslibet habitator dictae Terre occasione sine pretextu Cōis Codescipioris fuerit damnificatus ab aliquo Communi vel universitati, seu Speciali persona pro mobilia bona ejus, vel stabilia capta fuerint, quod ille talis damnificatus, vel universitas vel Spetis persona requiratur per ambasciatore Cōis, vel per litteras ad petitione petentis pro de damno, et furto facto d.o nro servitio emendando, exponat quod in Consilio generali, et secundum quod ipsi Consilio videbitur ita super pred. procedat Cōe aliquo non obstante.

De arbitro-

# De Arboribus incidendis

40. Item Statuimus, et ordinamus, quod quicumque habet arbores infructiferas que
damnum inferant vicino suo, maxime Quercus, Ulmus, et alias arbores infructiferas
ipsas a pede incidere teneatur ad petitionem vicini damnificati infra tres dies.
Arbores verò fructiferas Vid. nuces, ficus, Amandole, pruna, Pira, avellorno,
et alie arbores fructifere non tedantur qualitercumque permanserint, si verò
rami, sive pennalia cujuscumque generis arborum pendentium super possessionem
vicini sui incidatur ad petitionem petentis infra tres dies, aut ipse vicinus habeat
omnes fructus ipsarum arborum Vid. ramorum, et pendulicorum, et si fructus non
habuerit ipse vicinus habet potestatem d. pennalias, et ramos incidi sine pena aliqua.
Item si quis habuerit Siepem ultra medium Statutum hominis recidere teneatur, — De Siepe incidenda
et si hoc non fecerit ipse vicinus possit facere incidi, si damnum infertur qua=
litercumque, et pred. totum habeat per totum territorium d. Terre, in aliquo d. casuum
esse volumus penam sold. Censuum Cortonensium in qualibet vice, et quilibet
contrafaciens puniatur, et nihil ad incisionem arborum teneatur quicumque
maliciose rem alicui persone privilegiate alienaverit, et potestas tenetur
incidi facere arbores Civit. nostre pred. existentis ad penam decem librarum ad pe=
titionem patientis damnum, Addimus tamen, et hac lege nostra Sancimus quod
totum non habeat de malis dict. Appij pervenientibus pomis, et olivis, nec ha=
beat totum per decem pedes prope Circuitum ulmi fossi Circuitus d. Terre,
et si arbores que debent incidi per formam hujus Statuti et pervenientes ultra,
quod d.a Arbor non incidatur sed de ea tollantur rami ad petitionem damnum
patienti, et quicumque hanc arborem in rem suam habeat contra formam
d. Statuti damnum inferenti rei vicini emendet, et si aliquis habens d.as arbores,
et velet se Consovingi in Curia Seculari d. Terre, et potestas ad petit. petentis mi=
tat familiam suam, et faciat incidere d.am arborem ad penam Censuum sold. Cortonensium.

40.

## Quod Potestas dicte Terre non possit se absentare a dicta Terra, et ejus Territorio sine licentia Priorum, et Consilij, et Consilij et faciant omnes Executiones

41. Item Statuimus, et ordinamus, quod Potestas d. Terre, qui pro tempore fuerit non possit, nec debeat durante suo officio extra d. Terram, et ejus territorium absentare sine expressa licentia DD. Priorum, et Consiliariorum d. Terre, et si contingerit, quod d. Potestas teneret Notarium suum, vel aliquem ex familiaribus suis insufficientem, vel minus idoneum, quod teneatur eum removere, et alium loco ejus subrogare ad petitionem DD. Priorum d. Terre exposita sibi et allegata insufficientia ad penam decem librarum Cortonens. de suo salario retinendarum, et d. Potestas teneatur exequi et exequi facere omnes condemnationes impositas, vel imponendas a d. terra, et omnia alia ordinamenta facta et fienda per DD. Priores, et Consiliarios d. Terre sub pena XXV. librarum Cortonens. et quod ipsas executiones facere possit realiter, et personaliter, et per devastationem terre et domorum, et omnibus alijs executionibus, per quas melius fieri poterit, et si non fecerit executiones, pred. quod computetur in ejus Salario tota quantitas, que executa non fuerit, et quod Priores teneantur ad penam Centum Sold. pro qualibet facere Computum, et summa dativarum, de quibus d. executionem non fecerit

*Potestas tenens Notarium non idoneum debeat removere ad petitionem DD. Priorum*

*De executionibus fiendis per Potestatem*

## Quod Notarij d. Terre legaliter exerceant eorum artem

42. Ut detur materia Notarijs d. Terre eorum artem notarie legaliter, et fideliter exercendi, et incole d. Terre, tollatur materia querelandi, et pro honore et utilitate d. artis pred. in hac lege Sancimus quod Notarij d. Terre qui sunt, et pro

opre erunt, teneant, et debent eorum artem notariae fideliter, et legaliter exercere et in ipsa arte nullam fraudem, vel falsitatem committere, et oes contractus de quibus rogatus fuerit debeat in eorum libris, et prothocollis scri=bere, et annotare, dummodo fuerit a partibus de eorum labore solutus, et satisfactus, et aliter non sub poena centum soldorum Cortonens. pro quolibet, et vice qualibet, sed in eisd. Instris, et contractibus fereis conficiendis, vel factis aliquam falsitatem comiserit dolose in centum libris Cortonens. contrafaciens vice qualibet puniatur, et si vero hanc majorem falsitatem siquis Notarius comiserit in d.a terra, vel ejus dist.rictu ubi faciendo aliquem contractum, vel Instrum alicujus mutui, vel depositi contra aliquem absentem, vel tale mutu=et depositum non requirentes recipientes confess.e et confess.e d. Instri penitus ignoraret, vel si aliquis testam.tum scripserit contra veritatem testatoris voluntatem, quod aliqua quantitas pecuniarum, vel possessio, aut alia res alicui relinquatur, vel hereditas alicujus devolvatur in centum quin=quaginta libris Cortonens, et immediate charta vituperosa in capite suo portanda ab Ecc.a S.ti Nicolai, usque ad Ecc.a S.ce Mariae sonu tubae pro=cedente vice qualibet condemnetur, et si d.a poena infra decem dies post datam sententiam immediate sequenti non solverit cum effectu una ipsius manibus loco justitiae amputetur, et ipsi contractus, vel Instra vel scriptura sint nullius efficaciae, vel valoris, siquis vero Notarius in dd. contractibus, vel testamentis, vel in aliis quibuscumque scriptu=ris in scribendo quomodocumque, et qualitercumque erraverit, quod liceat sibi suum errorem corrigere omni via, et quod in suis libris, vel quibus=cumque aliqua interlineatura, sive cassatura, vel additione aliqua

qd liceat Notario errorem corrigere propter interli=neatura

HA

pp interlinearin Instro consterg correctione non vitiat

fecerit pro corrigendo errore quod d. Contrahentes scripsere quicumque propter dd. interlineationes, cassationes, vel additiones nullatenus vitientur, sed Not. dij pro ipsorum honore quantocumque possint, caveant a pred

# Secundus Liber

## Incipit de Maleficijs

### De Accusationibus, et de Augtijs Malorum

43: Ut Delinquentes congruis legibus arceantur hac pnti Lege decernimus quod omnibus, et singulis maleficijs et offensionibus, tam verbalibus, quam personalibus, seu realibus in Terra Collescipionis, vel ejus Terr.rio et districtu committendis, possit quilibet sua, vel intersit usque in tertium gradum inclusivè prosequens offensores non contradicentes et expresse accusare, et denuntiare, quae contradictio habeat locum tantum in maleficijs quorum pena esset minor centum sold. Cortonens. de d.a accusa, et denuntia possit et teneatur Potestas procedere, cognoscere, et culpabiles debita pena punire, et condemnare secundum formam Statutorum et ordinamentorum d.ae Terrae, et in publicis autem delictis ad accusandum, et denuntiandum quilibet admittatur, et si sua propria, vel suorum non prosequatur injuria, exceptis filijs, vel dicabus famulis, qui sine Patris consensu accusare, vel denuntiare non possint nisi de injurijs, maleficijs, et offensionibus quibuscumque in ejus persona facto, vel verbo commissis, militaris, et in omnibus illis, qui praetextu alicujus privilegij declinasset, vel in posterum declinaret forum secularem, et Curiam Com.tis d.ae Terrae, et ejus officialium in Criminalibus causis, vel Civilibus, quorum accusationes, et denuntiationes, et quascumque alias petitiones Potestas, vel Off.s d.i Com.is nullatenus recipiat, et admittat nec super ea procedat. Salvo quoque, et excepto eo, quod de offensis illatis sine sanguine inter consanguineos tam ex latere Patris, quam Matris usque in tertium gradum consanguinitatis inclusivè, consanguineus, et conjunctus offensus pro tali offensa non admittatur, vel non audiatur accusans, vel denuntians, nisi post quatuor

Filij, et famuli ad accusandum non admittantur nisi cum consensu Patris

46: dies elapsos saltim post illatam offensionem, excepto in adulterio, stupro, incestu, et alijs Carnalibus Criminibus in quibus, et de quibus, vel ipsorum aliquis extra=
neus Accusator non admittatur, sed Maritus, et Consanguineus, vel Consangui=
nei usque in 3um gradum inclusive solummodo admittantur, et in talibus praeferatur
Maritus, et secundo Pater, tertius Consanguineus proximior sine gradus pre=
rogativa, et excepto etiam, quod in maleficijs commissis per aliquem ex habitato=
ribus dictae terrae in aliquem forensem, et districtum dictae terrae super quibus, et in qui=
bus per accusam alio modo procedi non possit, non obstante quod extra districtum
dictae terrae fuerint commissa, et qui aliquem accusaverit et denuntiaverit
salvum ut unum testem de visu, vel duos de fama puniatur in dictam summam qua
Reus absolvitur sine alio processu fiendo pro quolibet, et qualibet vice, et
quolibet accusato, vel denunciato, et in qualibet accusa, et denuncia, vel inqui=
sitione possit Civili, et Criminali, puniri et intentari, et super eis, et in eis, et
quolibet ipsorum possit procedi nec Curiam aliterum praejudicet, nec tollat

## Quod licitum sit Parentibus, et Magistris Filios, et Discipulos corrigere

47: Quoniam qui parcit virgae, odit filium, et ut Patres, et Magistri fratres Car=
nales, Patrui, Avunculi, et mariti valeant filios, discipulos, vel Magister
discipulos, vel filios, vel nepotes, fratres, nepotes, et uxores corrigere, et ver=
berare. Hac discreta lege sancimus, quod licitum sit Parentibus filios, et
nepotes, filias, et nepotes, magistris discipulos, discipulum, fratrem, vel Soro=
rem Carnalem, et Consobrinum natu majorem in eadem familia existens, patruis
Avunculis nepotes, vel neptas, marito uxorem, Domino famulum, seu famulam
verberare, et Corrigere dummodo dictae Correctiones, et verberationes cum armis non fiant
nec modo excedant, et si secus fieret, teneantur et puniantur poenis in statuto contemptis

Margin notes: in adulterijs admittuntur accusare · Similiter Dominis famulos sine armis verberare

De Inquisi=

# De Inquisitionibus

45: Quoniam appetitus noxios, vel sub juris regula limitare intendimus, posti
Const.e statuimus, quod de omnibus maleficijs criminibus, injurijs, delictis, offen-
sionibus, et quibuscumque excessibus in d.a Terra, et in ejus Terr.io committendis
pro quacumque re vel facto contra quemcumque Potas d.e Terre possit et
debeat ex suo off.o inquirere et per inquisitionem procedere etiam forma
non procedente, et ea invenire, et punire secundum formam statutorum et ordi-
namentorum d.e Terre excepto quod de casibus, et in casibus infrascriptis de Adul-
terio, stupro, incestu, et carnali conjunctione, et exceptis offensis sine
sanguine inter consanguineos tam ex latere Patris, quam ex latere Ma-
tris usque in 3.um gradum inclusive intervenientibus, de quibus casibus, vel
alterius ipsorum inquisitionem ex mero off.o, seu denuntia juratoria tam.n
procedi non possit, nisi in casibus in statu comprensis, et expressis, de quibus
et ipsorum quolibet eam per inquisitionem procedi possit cujuscumque quan-
titatis pecunie veniat imponenda, ubi statutum expresse inquirere permittit

Quod Potas possit inquirere etiam forma non procedente

In quibus casibus Potas non possit inquirere et procedere ex off.o

## De Denuncijs maleficiorum faciendis

46: Teneatur quicumque Potas recipere omnes denuntias maleficiorum factas
per Sindicum vel juratos d.e Terre, et super his, vel qualibet eorum pro-
cedere, et sine inquisitione, et punire culpabiles secundum formam statutorum,
et ordinamentorum d.e Terre exceptis casibus exceptuatis sup.a in prox.o pre-
cedenti Cap.o, et d.i Sindicus, vel jurati teneantur, et debeat d.o D. Potti et ejus
Curie infra quinque dies a die maleficij commissi denunciare et referre
omnia generaliter, et singula maleficia comissa in d.a Terra, et in ejus Terr.io
cum nominibus committentis maleficium, et eorum con quos committeret, et
cum anno, mense et die maleficij commissi, et cum alijs solemnitatibus

Qualiter Sindici teneantur denunciare maleficia

48. in maleficijs intervenientibus, et qui negligens fuerit et omiserit infra d.tum 3um d. maleficiorum, seu maleficia denunciare, ut d. est in Consul. Sold. Contenens vice qualibet pariat

## De Citationibus, et ordine procedendi in Maleficijs

49. Item statuimus, et ordinamus quod in Caussis Criminalibus procedatur per Potestatem d. Terre ordine infro videlicet quod potestas, et in facta seu recepta accusa, vel denuncia, vel inquisitione formata Citetur Reus per pub.um Castaldum d. Terre in persona cum cedula scripta per Not.ium maleficiorum d. Cois in effectu Contentis maleficium, de quo accusatus, denunciatus, vel inquisitus cum loco et tempore Commissi maleficij, ut infra 3um diem post diem Citationis compareat ad se excusandum ab accusa, denuncia vel inquisitione facta contra eum, et si talis Citatio sufficiat, et procedatur ad bannimentum contra talem personaliter citatum et fiat in persona semel facta Cit.o. Si vero non fuit personaliter Citatus, Citetur iterum cum cedula d.a ad domum sue solite habitationis simili modo, et in utraque Citat.e assignetur similis 3nus, que Citationes, et qualibet earum credatur Castaldo d. Cois referenti se pred. fecisse, et intervenisse fiat salvum predictum, immo desuper de quibus Citationibus et de presentia, et qualibet earum credetur Castaldo d. Cois ut s.a, et predicta locum habeat in habitationibus d. Terre, et ejus dist.us, forensis vero non habitans in d. Terra vel ejus dist.us Citetur publice cum tubae sonitu per preconem alta voce ad fenestras Palatij d. Terre cum 3no saltem quinque dierum et ultra p. visum fuerit Poti d. Terre considerata locorum distantia, in qua Citat.e et acta exprimatur per precone maleficium, et causa pro quo, vel per qua Citetur, quibus Citationibus, et ipsorum qualibet factis et permissis ut s.a describatur, et elapsis 3nis ipsorum et cujuslibet eorum procedatur ad bannimentum hoc modo videlicet. Quod Potestas per pub.um preconem semel in Palatio

Palatio Cois, vel ad fenestras d. Palatij publice alta voce sonū tubæ permissa et expressa ca. Citationis, et Contumaciæ comisse fac. bandiri et in banno poni talem citatū in quantitate in qua condemnatus est, vel veniret et plus, et minus secundū formā statutorū, in qua banni mento assignetur 3nus saltim triū dierū ad mta. ipsius, et se defendendū ab accusis vel.

# De Testibus, et alijs probantibus

48: Item statuimus et ordinamus, quod in omnibus, et singulis maleficijs, excessibus Criminalibus, et delictis probatis sit sufficiens, et valida probatio duorū testiū adminus fide dignorū, de quorū fide stetur defensioni Cois considerata persona qualit. Cond. et qualit. testiū, et quilibet ad testimoniū in Criminalibus admittat. exceptis minoribus quatuordecim annis, et alijs *Minores 14: annorū non admittant.* a jure prohibitis, qui in Criminalibus ad offensam, vel ad defensā nullatenus admittant. omnes, et singuli testes in quacumque inquisitione, denuncia, vel accusa deducti, vel scripti Confessiū et citati fuerint infra citationis 3num compareant cora d.o D. Pote, qui eos citari fecit ad jurandū et testimonium per quo fuerint citati perhibendū, et omnes citent. et examinent. *Testis non comparent. quomodo puniat.* per totū d. terre et testes non comparentes infra d. 3nū possit et debeat in soldis decem condemnari pro qualibet citao., et vice, qua Contumacia steterit vel infra citationis 3nū non comparent. et si inveniret veridica relat., talem testem non comparentem, et in sua Contumacia alia malitia, vel fraudem comittentē talis testis puniat. et condemnet. in pari *Testis nolente comparere infra malitia, quomodo procedendū fo.* pena, in qua veniret condemnatus delinquens, quæ citationes scribi debeant per Not. maleficiorū D. Cois, et fiat talis condemnatio ipsa die, et hora qua fieri condemnatio, vel absolutio debet in inquisitione, sententia vel accusa pred. et in ipsa sent. absolutoria, vel condemnatoria quæ condemnatio vel absolutio

50: Reus sine aliquo alio processu vel acta alia faciendo: Et si Potas in pred.o vel
aliquo pred. negligens fuerit in libris decem Cortonens. puniatur per Sindicatores, et
quilibet testis in Criminalibus pro veritate haben. possit personaliter detineri ad volun-
tatem Potis, ut tedio detentionis affectus testimonium perhibeat veritati, tam ante
inquisitionem, vel accusam, quam ante rei comparationem, quod post exceptis mulieribus, quae
in Palatio retineri non possint sed in Eccl.is detineantur die tamen et non de nocte, et
teneantur ad similem poenam si non comparuerint, et pervenerint Poti, vel ejus curie
in Citationibus et testim.o ferendo

quomodo testes pro habenda veritate possint detineri

testes mulieres pro testificatione qualiter fiendum

## De Questionibus et Tormentis

49: Item statuimus et ordinamus, quod nullus torqueri possit aliquo genere torture
per Potem, vel ejus Notarium vel familiare ipsius occa.ne alicuius malefitii, vel excessus
vel alicuius processus, aut alia aliqua de causa praeterquam, et in eo per causis in-
fris ut pro facto Rubarie, Homicidio, violentia mulierum, truncatione membri, mu-
tilatione, merito vituperabili infamie, ex quo cicatrix appareat, vel remaneat,
falsitate ... aliarumque scripturarum, et falsa m.eta in ipsius incisione, vel
per vociferationem vel ordinationem conventiculi, vel tractatu aliquo sine licentia
d.i D. Potis in perditionem d.e Terre vel alicuius Castelli ipsius terre, in quibus
casibus et quolibet eorum Potas liceat, et possit cong. culpabiles ad tormenta pro-
cedere, praecedentibus tamen legitimis indiciis, et indicia legitima intelligantur unus
testis de visu fide dignus, qui solus vel aliquo alio indicio sufficiat ad tor-
turam in d. casibus, et quolibet d.orum. Item fama vel saltem quinque testium, qui
de se sint idonei, et fide digni, et non malevoli, et si vacuerit quin d.
debeat D. Potas p.o videre, et examen verum ad torturam sufficiat, vel non,
et d.o Casu videbitur sufficiens, tunc liceat possit d.o D. Potas contra Reum pro-
cedere ad torturam, aliter non, et si aliter d. profecerit in libris decem
Cortonens. pro quolibet, et qualibet vice puniatur et confessio, et tortura
contra forma praed. non valeat, et nullius efficacie sit, vel possit valoris, et

possit

possit pro boni cons. Sindicus et decem testes de quibus fama fide dignos, vel signa persignaque evidens apparcat in persona tormentari et aliis legitimis probationibus et indiciis, de quibus stet descriptioni et arb.o Sindicatoris, et ei visum fuerit 51:

## Ut infra certum tempus Criminalia terminentur

50: Teneatur Potestas sollicite recipere, et examen testium, tam in accusa vel denuncia, vel inquisitione inductorum, aliasque probationes tam ad defensam quam ad offensam recipere et examinare, et omnia quae expediunt in processu facere, et ipsum processum saltem per sex dies ante sententiam ferendam aperire, et publicare et partibus petentibus dare copiam actorum et d.ti processus criminalis infra quadraginta dies per diffinitivam sententiam in generalibus consilio d. terre terminare, computare in contumacialibus a die porrecte accuse vel denuntie vel inquisitionis formate in comparentibus a die responsionis facte ad penam decem librarum denariorum Cortonensium et nihil ad emendam Communis per maleficio non punito, non tamen computatis a dd. quadraginta diebus illis diebus, quibus Potestas et Curia per aliquam opp.re vel alium necessitatem vel aliud evidens impedimentum extitit impeditus, qui dies ipso jure non currat, et si contingerit alia sententia lata a Potestate annullari vel remitti eius processum ad eum denuo cognoscendum et terminandum post et teneatur d. Potestas d.tum processum retractare, et per sententiam terminare, et exequi. a. et infra quindecim dies a die remissionis computandum, nec denuo sit opus aliud facere in tali processu nisi corrigere ipsum processum in ea parte, ubi fuisset vitiatum sive error vel defectus alicuius pretestu, et sententia annullaretur et processu vero pendente Potestas debeat terminare infra XXX: dies computandum a princ.o ipsius inquisitionis et si Potestas et ejus Curia esset negligens in pred. vel aliquo pred. ad eam penam incurrat, et inquisitus, accusatus, vel denunciatus elapsis d. tempore remaneat absolutus

De publi.ne processus in criminalibus

Qd Potestas teneatur ad emendationem pro maleficio non punito et opp.na

Qd inquisitus pro criminale elapsis XXX: diebus ipso jure sit absolutus

61:

## De Verbis Injuriosis et Delictis puniendis

51: Quia linguae peccatus frequentius, quod manus ad delinquendum prolabitur, ideo ejus refrenatio ac correctio alijs criminibus antepono hoc igitur statuto prohibetur, ne quis alicui verba injuriosa, vel contumeliosa dicat, et qui contrafecerit in viginti sold. Cortonens. vice qualibet puniatur, et verba injuriosa dicta pena punienda tunc censeantur injuriosa, vel contumeliosa sicut fuerit descripti in art.o Comis sane si aliquis alicui dixerit roughiosu, vel falsarium vel proditorem, vel homicidam, vel aliud verbum simile pred., vel alicui pred. verborum qualibet vice in quadraginta sold. Cortonens. de cujus similitudine stetur arbitrio Comis puniatur pro qualibet dd. verborum. Si vero aliquis alicui viro dixerit Ego te feci civalem, vel talis te fecit civalem, certa nominando persona vel alius equipollens, vel simili verba de cujus similitudine stetur discretioni Comis, vel ejus arb.o lo suprad. puniatur pro quolibet dd. verborum vice qualibet in X. libris Cortonens. et si autem non natus bone famae puniatur in solidis centum. Si vero alicui imperperaverit homicidium commissum in persona Patris, vel Consanguinei ejus, cui reimperperaverit usque in secundum gradum inclusive et de tali homicidio pax facta fuerit in libris XXV. Cortonens. puniatur et si inde pax facta non fuerit in libris X. Cortonens. puniatur vice qualibet, et quod homicidium reimperperatum fuerit commissum sufficiat si probatur pacem inde factam fuisse vel ex eadem ratione de tali homicidio facto vel per tres testes de fama vel alijs legitimis probationibus. Item si quis alicui imperperaverit homicidium de quo homicidio fuit absolutus, ille cui imperperaverit in libris X. vice qualibet puniatur et eod. modo puniatur si talis reimperperatio facta fuerit Patri, vel Filio absoluto de tali homicidio

Item si

Item si quis dixerit alicui se mentiris, vel non dicis verum, vel similia verba de cuius similitudine discretioni Iudicis stetur in XXXX solidis Corsonens. vice qualibet puniatur.

## De pena Insultantium cum armis, vel sine armis

51 Item statuimus, et ordinamus, quod quicumque aliquem insultaverit pro solo insulto sine armis vice qualibet in XXXX solidis Corsonens. puniatur et si cum armis, vel aliquo genere armorum in quatuor Libris Corsonens. puniatur vice qualibet. Et si vero quis insultaverit sine armis, et percusserit puniatur pro insultu tribus libris denariorum Corsonens. vice qualibet. Et si cum armis, et percusserit puniatur pro insultu Centum solidis Corsonens. qualibet vice, et nihilominus de percussionibus puniatur penis in statuto contentis. Et si quis aliquem insultaverit si sine armis, sine percussione ante domum habitationis, vel Apothecam insultanti in Centum solidis pro tali insultu puniatur. Et si insultaverit, et percusserit in Libris dd. Corsonens. puniatur pro tali insultu, Et si autem cum armis ante domum, vel apothecam insultanti insultaverit quemcumque, et non percusserit in XV libris Corsonens. puniatur pro d. insultu. Et si cum armis assaliverit, et percusserit in viginti quinque libris denariorum Corsonens. puniatur et eadem de percussione puniatur, et penis in statuto contentis, insultus, vel assalimentus intelligatur, quando quis movendo se de loco ad locum impetuose, et irato animo iverit contra aliquem.

Item si quis formose intraverit, et assaliverit aliquem in domo, vel Apotheca insultanti sine armis, et non percusserit in XXV libris Corsonens. pro introitu, et insultu predd. et si percusserit puniatur pro insultu, et introitu in XXX libris Corsonens. puniatur.

Si vero cum armis intraverit, vel assaliverit et non percusserit in XXX libris denariorum Corsonens. puniatur et si percusserit in XXXX libris denariorum Corsonens. puniatur Et nihil in omnibus, et singulis casibus predd. puniatur de percussione facta cum armis, vel sine armis pene, et penis in statuto contentis.

52: Item si quis in domo alicujus injuriose, et cum expressa prohibitione domini domus sine armis intraverit, puniatur pro solo introitu in lib. XV. Et si cum armis intraverit casu pred.o in libris XX. condemnetur. Domus aliqua autem alicujus in omnibus, et singulis casibus scriptis esse intelligantur, sive sit propria sive conducta pensione, et sibi concessa aut quavis alia causa habita pro consultata aut illa cum ejus voluntate, et prohibitione fecit introitum, et intelligantur pred.a fieri commissa in domo etiam si committens in ponte, vel in claustro vel in horto, vel aliis locis domui vel herentibus et pertinentibus contiguis de cujus herentia, et pertinentia si dubitatur de scriptioni et indicio d.i D. Rectoris, salvo quoque, si d.a loca essent communia quod tunc non teneantur poena dicte loci. Et ad claritudinem pred.orum decernitur quod si unus uno motu simul in eod.o loco existentes assaliverit pro uno puniatur insultu, et si plures unum assaliverint, quilibet pro uno insultu puniantur, et teneantur. Et si plures simul insultaverint plures simul existentes eodem tempore, et loco toto conservetur insultu quoque sunt insultantes, et quilibet pro uno puniatur insultu

Domus intelligitur sive conducta et similibus heredis

Qd assaliens plures vel pro uno tantum intelligatur

## De percussionibus, et offensionibus sine armis, et poena eorum

53: Ad omnem superbiam compescendam et quilibet manus innoxias manere contineat hoc statuto decernitur quod nullus cum armis, vel sine armis alicui inferat injuriam, vel offensam, et si quis sine armis cum aliqua manu, vel ambabus irato animo elevaverit, vel extenderit, vel adminaverit puniatur in XX. sold. Cortonens. si manu vacua in aliam injecerit et tetigerit, vel percusserit, si in gula, et a gula super sine sanguine in centum sold. Cortonens. puniatur. Et si a gula infra in quacumque alia parte corporis sine sanguine in XXXX. sold. et cum sanguine in centum sold. Cortonens. puniatur. Et si fecerit aliquem cadere in terra ultra d.a poena centum sold. puniatur pro sola casu. Et si talem quem cadere fecerit, ceperit per capillos vel per pedem manum, vel pannos aut alio modo et strascinaverit eum puniatur in aliis centum sold. et si per d.a strascinationem, vel laesura sanguis fuerit in aliqua parte talis strascinatus, vel ejus qui fuerit factus cadere aut alia offensio, seu laesio in ea persona intervenerit ea qui cadere fecerit, et strascinaverit, de tali offensione, et laesione penis in statuto contentis ac si percutiendo, vel

aliis

aliq committendo talis sanguis effusio, seu offensio, vel lesio facta fuisset sine armis. Item si quis aliquem momorderit in aliqua parte corporis si cum sanguine puniatur, ac si cum armis percusserit, vel vulneraverit cum sanguinis effusione, habita consideratione ejus partis corporis fuerit factus morsus, --- et si d. morsu sanguis non exierit puniatur mordens ac si manu vacua percussisset. Item si quis aliquem ceperit per pannos, vel personam, et eum traxerit violenter, vel spinxerit ita quod moverit ipsum de loco ubi esset puniatur in XXXX: sol. Corsonens. salvis alijs penis super de injectione manus, et alijs expressis. Et si quis alicui delaniaverit pannos quos habuerit in dosso puniatur in tribus lib. Corsonens. et si quis studiose, et malo modo extraxerit capucium, vel cappellum, vel cappellinam, aut aliud vestimentum de capite, aut cadere fecerit puniatur in XX sold. Corsonens. Item si quis studiose alicui sputaverit in faciem alterius malo modo in centum sold. Corsonens. vice qualibet puniatur, et si in alia parte corporis in XX: sold. Corsons. puniatur. Et si duas, seu plures fecerit de d. offensis similes, eod. tempore, et loco contra aliquem puniatur de majori integra pena statuti, de alijs vero, vel alijs singulis, et qualibet earum pena media puniatur. Et si fuerint equales due ex eis vel plures de una pena integra puniatur, et de alijs in media pena qualibet ipsarum puniatur.

## De percussionibus, et offensionibus cum armis

54 Quicumque contra aliquem aliquod genus armorum extraxerit, vel adminaverit in centum sold. Corsonens. vice qualibet puniatur, et si vero aliquem cum aliquo genere armorum percusserit sine in capite cum sanguine in XV: quinque libris Corsonensium puniatur. Et si vulnus fuerit enorme sive atrox, quod sic intelligatur si os fuerit ruptum vel incisum puniatur in XXX: libris Corsonens. Caput autem intelligatur tantum ad gradus ad gulam super excepta facie, de qua expressum infra tractabitur. Et si percusserit in facie cum sanguine in XX: libris Corsonens. puniatur, et si ex percussionibus et vulnere in facie illato cum aliquo genere armorum et sanguis exiverit, remanserit signum evidens seu licatur vel mere manifestum puniatur percussor in libris XXXX. Corsonens, facies

56: intelligatur a mento usque ad frontem, et ab una auricula usque ad aliam inclusive,
si vero in gula cum sanguine quis cum armis percusserit aliquem puniatur in libris
XV: Cortonens: Si vero a gula infra quis aliquem cum armis percusserit cum san-
guine in aliqua parte corporis puniatur in libris X: denariorum, salvo quod ex tali
percussione atrox fuerit plaga, atrox intelligatur id quod sine taxa curari
non possit, et puniatur in libris XV: Cortonens. Si vero percussiones predictae cum
armis, et sine sanguine fierent alicui in persona, vel in partibus corporis
aut superius est distinctum, vel in tabulario D. scilicet quod talis habetur in
ordinatio puniatur percussor in media pena s.ae contenta d. percussionis cum
armis, et cum sanguine pro qualibet d. supra distincta, et considerata parte
corporis in qua percusserit, et si quis eodem loco, et ore sine intervallo plu-
res percussiones fecerit in persona alicuius si cum sanguine vel sine, de mi-
nori modo de majori, vel pari intelligens, et de aliis in media pena ipsa
in percussionibus sine sanguine est distinctis in prox.o cap.o preced. armorum

Declaratio armorum autem app.ne in casibus supra scriptis intelligantur arma de ferro et lapis, et
lignum, et quodlibet res acta ad nocendum. Si quis autem contra aliquem projecerit
lutum, et aliam rem vituperabilem, vel puniendam vel cum ea percusserit in
facie puniatur in libris X: Cortonens. et si in alia parte corporis, vel indumen-
torum in V: libris denariorum Cortonens. puniatur. Si vero projecerit rem talem
vel lapidem contra aliquem, et non tetigerit eum puniatur in sold. XXXX Cortonens.
Si quis vero projecerit lapides in domo alicuius uxorati, illa nequam cum
uxore puniatur in XXXX sold. Cortonens.

## Quod cuilibet liceat defensionem ex quibus causis percutere, et repercutere

55: Quilibet injuriose percussus, aut quomodolibet offensus possit in continenti
et sine intervallo non divertens ad extranea actus repercutere et def-
fendere ejus percussorem, vel offensorem, cum moderamine tantum inculpate tu-
tele, et non majori vel atrociori percussione, vel offensa, quam sibi facta
fuerit

fuerit, seu pari, vel minori, et quilibet possit impunè moderatè resistere 57:
cuilibet volenti eum offendere, et etiam se defendere et percutere, dummodo vo-
lens offendere pervenerit ad actum percussionis inferendæ, et dummodo incon-
tinenti, et cum moderamine statuti, et si quis in aliquo prædictorum, et suum modum
percussionis, et repercussionis, aut offensionis excesserit puniatur de excessu et
pro excessu percussionis, et repercussionis, vel offensionis arbitrio Potestatis, dummodo
pœna non possit major, sed minor imponi, quam si ipse, et non ad offensam
percussisset, vel offendisset, vel repercussisset et de excessu steterit percus-
sione, et arbitrio dicti Potestatis considerati in prædictis conditione, et qualitate personarum
percussionibus, et offensionibus.

## De membrorum abscissione vel mutilatione

56: Si quis alicui aliquod membrum corporis abscinderit, vel mutilaverit puniatur
in pœnis inferius declaratis, videlicet pro uno oculo extracto, vel cæcato in centum
libris cortonensium puniatur, et si duobus in tercentum libris cortonensium puniatur, et nihilo
teneatur pro ambobus oculis quemcumque cæcaverit alimenta cæcato præstare toto
tempore vitæ cæcati, pro naso, vero, sive bracchio vel manu abscissis, seu quod a cor-
pore separatis, vel mutilatis in ducentis libris cortonensium pro quolibet dictorum mem-
brorum puniatur. Pro auricula, digito, manus, vel pedes in quadraginta libras corto-
nensium pro qualibet, et quolibet puniatur et quod dictus condemnatus, vel alteratus
usque ad dictam sententiam infra decem dies a die latæ sententiæ non solverit laudo
Potestatis in membro simili puniatur.

## De Homicidio

57: Contra humanum homicidium facinus sæviens ita advertens, hac lege sancimus,
ut si quis aliquem occiderit, vel occidi fecerit amputatione seu capitis ita quod
deinde moriatur, et caput a corpore separetur, et debeat condemnari. Et si plures
simul intervenerint in homicidio committendo, unus tamen qui principalior
fuerit dicta pœna capitis per homicidio pronuntiatur. Et si de principaliori non

58: appareret clarè, et apertè, puniatur principalior ille, qui verisimilis principalior videbitur, consideratis formis aliisque causis, quibus principalior, si attendendus, Ceteri vero condemnentur pro auxilio et favore, ut infra in statutis de prestantibus auxilium et favorem in maleficiis continetur. Qui vero proditorio, vel mercede homicidium comiserit, sive percussione aliqua dicta pena capitis puniatur. Ideo primo totam dictam terram derrigari corpus ad caudam asini distrahatur, et trascindatur, et qui contumax fuerit perpetuo sit expandiatus de dicta terra, et ejus territorio, et ipsius bona omnia applicentur Coi dictae terrae et sit Cois et in Coi deveniant, et pro Coi vendantur, et usufructuantur, et eadem pena capitis sine redemptione ut honor publice puniatur. Forensis, qui occiderit aliquem ex habitatoribus dictae terrae, et ejus territorii. Pater vero occidens filium, vel filius Patrem vel Matrem vel Avum, Patruum, vel uxor maritum, servus, sive vasallus vel famulus Dnum dicta pena capitis puniatur primo ipso vero per dictam terram ad caudam asini vitupero per trascinetur, et ejus corpus intus dictam terram aliqualiter sepelliri non possit, et bona sua publicentur, ut supra.

## De Adulteriis et Violentiis a Mulieribus

58: Item statuimus, et ordinamus, quod quicumque vim intulerit alicui mulieri nuptae bonae famae, et eam carnaliter cognoverit violenter in CCCC libris denariorum Cortonensium vice qualibet condemnetur, et si viduae bonae famae in CCC: libris Cortonensium condemnetur communi dictae viduae, et condemnetur in X libris, et si mulieri virgini vim et permittitur intulerit, et eam carnaliter cognoverit in CC: libris denariorum Cortonensium vice qualibet condemnetur, et teneatur eam dotare secundum facultatem et qualitatem patrimonii salvo quod si ipsa de communi concordia, et voluntate partium ceperit in uxorem non teneatur ad penam aliquam, nec possit per dictam violentiam in aliquo condemnari, et hoc locum habeat in viduis. Et qui vero sententia alicui mulieri bonae famae intulerit, vel ejus domum intraverit aut eam ceperit per personam vel ad aliam evidentem actum pervenerit cum ipsam violandi et carnaliter cognoscendi eam si non cognoverit, et suum conatum non perfecerit in centum lib. Cortonensium puniatur

Quod

## Quod Uxor non recedat de domo Viri, et de pena receptantium ipsam

59. Volumus Uxores reverenter et honestè stare morari et habitare cum maritis eorum et non recedere, vel absentare ab eis, vel de domo habitationis ipsorum, et nullus talem uxorem retineat, vel receptet contra voluntatem mariti sui. Et uxor contrafaciens in centum solidis Cortonens. vice qualibet puniatur. Et receptans sive retinens eam contra voluntatem mariti sui in decem libris Cortonens. vice qualibet puniatur nisi esset Pater, vel Mater, Avus, vel Patruus, vel Frater, aut filius, vel filia, vel nepos talis uxoris, quorum quilibet ex justis causis possint receptare aliquibus diebus et noctibus, et ultra ut Domini Arb.o et discretioni videbitur convenienti sine aliqua pena eam tamen ex receptationibus, et personis consideratis et ejusd. Arb.o requisiti a marito debeant ipsam reddere, et marito remittere et non retinere contra mariti voluntatem, recepta tamen a marito idonea cautione de non offendendo ejusdem mulierem, si de ipso marito mulier dubitaret, et de pena si Domino videbitur convenienti et si ultra quod Domino videbitur quis retinuerit puniatur pro qualibet et qualibet vice in X libris Cortonens. Et nihilominus uxorem remittat marito. Sanè si quis in opprobrium vel injuriam mariti receptaverit vel retinuerit uxorem alterius, causa eam cognoscendi carnaliter ultra dictam penam receptantis et pena adulterii secundum formam statutorum debeat condemnari. Et mariti quoque non cum uxoribus honesta morentur, et nutriant eamque benè et caritativè tractent, non habeant materiam discedendi ab ea. Et qui habeat uxorem non retineat concubinam, vel amasiam in domo habitationis suæ cum sua familia, in qua cum sua uxore castè et honestè vivere debeat et morari et contrafaciens in XXV. lib. Cortonens. puniatur in quolibet prg. vice qualibet, excepto si uxor de voluntate Patris, seu Consanguineorum suorum si Patrem non habeat, vel ex alia causa legitima non moraretur cum viro seu marito, quo tunc dictus maritus non teneatur ad penam, sed debeat eam alimentare; ipsa vero concubina cum viro uxorato stans in dicta pena XXV. lib. Cortonens. puniatur. Si vero extra domum mariti sui retinuerit concubinam, vel amasiam habet, pretereà quinque

60: Testes de fama convicinos, quod sibi prestet alimenta, et alia necessaria in X: lib. Cortonens. puniatur.

## De Furtis et Robariis

60: Latrones et fures tam diurnos, quam nocturnos penis prosequamur infrascriptis videlicet quod quicumque furtum comiserit rei valoris X: soldorum Cortonens. vel minus in XXXX: soldis Cortonens. puniatur. Si a decem soldis supra usque ad XX soldos in quatuor lib: Cortonens. puniatur. Si vero comiserit furtum ultra XX: soldos usque in X: lib: estimationis et valoris condemnetur in viginti quinque libris denar. Cortonens. et si fuerit factum furtum estimationis a decem lib. supra usque in XXXXX: lib: puniatur in Centum lib: denariorum. Si vero fuerit a XXXXX: lib. supra cuiuscumque quantitatis vel estimationis condemnetur et puniatur dupli estimationis rei furatae. Et in omnibus casibus supradictis privatus perpetuo furti committens ab omni officio [illegible], et a testimonio ferendo et nihilominus condemnetur talis furtum committens illi cui furtum fecerit ad restitutionem rei furatae, vel eius estimationis, salvis statutis et ordinamentis tractantibus de penis damnorum datorum, que in suis sedibus, casibus et causis veniret sibi locum vendicare. Si quis vero fregerit murum aut hostium tectum, vel domum, vel stabulum, vel parietem causa faciendi furtum et si furtum non fecerit in 50: libris Cortonens. puniatur. Si vero furtum perfecerit de dicta fractura, ut dictum est. Et nihilominus de furto facto secundum valorem et extimationem rei, et distinctionem supra factam, et una pro alia non tollatur, sed pro utraque pena puniatur.

De pena apportantium tabulam seu ligna Communis

Si quis vero exportaverit, vel acceperit per se, vel per alium aliqua tabulam seu ligna vel paleam de aliqua tarcesca, vel steccato Communis sine licentia DD. Consulis et DD. Priorum dictae terrae in Centum soldis Cortonens. vice qualibet puniatur et in restitutione et reportatione rei, et pro furtis [illegible] gallinarum, et columborum, et similium puniatur arbitrio DD. Consulis

De pena furantium gallinas et columbos

considerata qualitate et quantitate talis furti, non possit tamen excedere penam dicti furti quantitate Centum soldorum imponere, et eum condemnet talem furem ad restitutionem talis furti dicti Commissi. Si vero diversis temporibus plura quis furta comiserit puniatur in amputatione manus, quam possit redimere solvendo Communi dictae terrae penas infrascriptas infra

De furibus, et latronibus [illegible]

distinctiones infra decem dies a die datae sententiae. Fures vero, et Latrones famosi et robatores

robatore stradarum fures laqueo suspendantur per gulam, ita quod penitus moriatur, et in du= 61:
plum rerum furtarum, seu furtive ablatarum condemnetur

## De privatis Carceribus

61: Siquis sine justa causa violenter ceperit, vel detinuerit contra ejus voluntatem
in quo loco aliquem aut aliquam per alium captum scienter perceperit, vel receptaverit
in domo, vel loco per alicujus temporis spatio puniatur in libris XXV: Cortonens. Si
vero per unam diem detinuerit in XXX: libris Cortonens. puniatur. Si vero per duos
dies in 50: libris. Si ultra duos dies detinuerit in CC: libris Cortones. puniatur et
eadem pena puniatur, qui aliquem puerum vel puellam, vel aliquem cujuscumque etatis ce=
perit, et per aliquod temporis spatium detinuerit causa faciendi ipsum ragione redemi
in CCC: libris Cortones., et ad restitutionem illius quod de tali captivo receperit,
et hoc non intelligatur in eo, qui ceperit, vel detinuerit mulierem causa eam carna=
liter cognoscendi cujus pena supra posita est in Cap.o de Adulterijs. Et predicta non vin=
dicet sibi locum in familiaribus, et domesticis suis, nec in vestitis, qui commode de=
tineri possint de licentia Potestatis per consanguineos suos.

De detinentibus puer. vel puella in privatis Carceribus

## De falsis et falsarijs penis

62: Ad falsariorum nefandam perfidiam et reprimendam hac lege falsarium persecu=
tione sancimus, quod siquis in forma pub.ca falsum instrumentum fecit, vel fieri fece=
rit, vel instrum. pub.o seu infra Coi., aut in actis pub.s aliqua fecerit, vel fieri
fecerit, vel comiserit falsitatem amputetur sibi dextera manus. Ita quod a bracchio
separetur nisi infra quindecim dies a die sententie computandos CC: libras Cor=
tonens. solverit Coi. d. terro et instrumentum nullius sit efficacie et qui illud fecerit
de cetero non possit exercere artem, seu officium Notariatus et qui taces instrumentum jud.o
induxerit, vel usus fuerit in centum lib: Cortonens. puniatur pro qualibet et quali=
vice. Siquis vero fecerit, vel fieri fecerit falsam scripturam privatam in lesionem
alterius non nocere possit in XX: libr: Cortonens. puniatur. De testis vero falsus, vel qui eum
induxerit in 50: libris Cortonens. puniatur quos si a die sententie late et infra decem dies non
solverit amputetur sibi lingua. Ita quod pars anterior lingue ab alia separetur. Et qui
plures falsos induxerit testes d.a pena pro quolibet puniatur, Et qui vero fecerit, et por=

Post comis. falsitate Notariatus non possit exercere Notariatus officium

De producentibus falsa instrumenta

De scripturis privatis et falsis

De inducentibus falsos testes

De accusantibus aliquo de falsitate

R. ARCHIVIO di STATO di ROMA BIBLIOTECA

62: raverit scienter de aliquo accusat, vel denuntiat de falsitate, vel perditione eo accusatum
vel denuntiatum de falsitate non probaverit in eadem poena, quam veniret condemnatus

De iudicio falsum facientis iuramentum

accusatus, et si probaret, ex eadem ipsa, et processus, et in eadem sententia absolutoria
de reo fienda debeat condemnari. Item qui in iudicio falsum fecerit iuramentum, et fe-
cerit contra ipsum reprobatum puniatur in centum soldis Cortonensium qualibet vice. Si quis

De negantibus filiationem, paternitatem, vel nomen

autem in iudicio negaverit filiationem, seu paternitatem, vel nomen alicuius, vel nati-
vel mortuum, vel possessionem officium, vel dignitatem alicuius. Si probetur contra negantem
puniatur negans in X lib. Cortonensium vice qualibet. Si vero negaverit apodissam suam manu

De poena negantium apodissam manu ipsius

factam, et de ea probetur per comparitionem, nisi scribat, quod facere cogatur, vel
pro alia indicia, et probationes probatum fuerit ipsum falsum dixisse condemnetur in XXV.
lib. Cortonensium. Castaldus vero qui falsam fecerit relationem de aliqua civili, vel cri-

De poena castaldi facientis falsam relationem

minali causa in decem lib. Cortonensium puniatur, et ascessione linguae monetarios quos
falsatores, adulteratores, fabricatores, nec non eos qui talem monetam fecerint

De falsa fabricatione sive expendentibus monetam

fabricare, vel fieri, et qui eam scienter expendiderint per se, vel per alios. Sancimus ut
qui fecerit monetam falsam flammarum accensionibus ignis mancipetur, et concre-
metur. Ita quod penitus moriatur. Qui vero falsam monetam auream, vel argenteam

De poena expendentium falsam monetam

a tribus libris supra scienter expendiderit in X lib. Cortonensium puniatur. Si
vero a tribus libris infra scienter expendiderint in centum soldis Cortonensium pu-
niatur, considerata personae conditione exponentis, et qui monetam bonam, et rectam

De radentibus monetam

consciderit, seu raserit, aut scienter, et maliciose diminuerit in X libris Cortonensium
puniatur vice qualibet, quod singulis duobus mensibus Potestas inquirere teneatur contra
delinquentes in premissis ad poenam X lib. Cortonensium.

## De poenis proditorum conspirantium contra statum

63: Si quis suadente diabolo prodiderit, vel perdere attentaverit praefatam Terram Collescipio-
nis, vel aliquam ipsius portam, vel fortilitium aut tractaverit conspirationem, praesumpse-
rit, vel comminaverit in aliquo, vel aliquibus publice vel occulte contra dictam Terram, dare ali-
quid ex eis fortelitiis per aliquem, vel aliquos inimicos, rebelles, vel ad Dominium S. Romanae Ecclesiae, ac
Com. dictae Terrae, aut ipsius Com. violenter, aut perditione occupetur ad mortem in publicam

omnium

omnium honorum ad arb.[um] D: Cois d[ict]e terre severissime puniatur, ita quod moriatur, et eadem
pena in ejus punitio aliis transeat ad exemplum. Et quod nullus audeat d[ict]am terram offen=
dere, aut contra ejus quietem aliquid moliri, vel aliquid attentare et quod nullus habitator
d[ict]e terre, vel ejus terr.[ij] audeat inducere aut venire facere ad d[ict]am terram, vel ejus territ[ori]um pe=
destrem, vel equestrem aliquam gentem, vel aliquos armatos homines, vel inhermes contra statum
Ecclesie, et Cois d[ict]e terre, et qui contrafecerit simili pena puniatur. Et nullus audeat, vel
presumat tirannizare d[ict]am terram, vel ejus dominium et usurpare quoquo modo, vel in-
genio aut ord.[ine], vel procurare se, vel alium eligi facere in dominia et tirannum d[ict]e ter=
re, qui contrafecerit pena simili puniatur

## De pena facientium rumorem et tumultum in dicta terra

64: Ut terra Collis Scipionis quiete et pacifice perducet et sine scandalo requiescat
salubriter ordinamus, ut nemo audeat tumultum facere aut elevare in d[ict]a terra
vel per ipsa terra seditiose currere, vel elevare in d[ict]a terra ad arma, vel
alio illicito modo discurrere per ipsa, aut aliquid facere per quod tumultus oriatur,
vel perturbetur, aut tentari possit statum pacificum d[ict]e terre, et qui contrafece=
rit in lib: 100: cortonens. puniatur. Et si contingerit per quod Deus advertat aliquod tumultum
vel scandalum oriri vel fieri in d[ict]a terra nullus debeat accedere, vel trahere ad d[ict]um
tumultum dando sibi consilium auxilium vel favorem dicto, vel facto, sed stare quiete
ad domum sue habitationis vel convicine. Et qui contrafecerit in centum libris
cortonens. denarior. puniatur, exceptis juratis et contestibus, qui contrahere teneantur
et possint secundum formam statutorum et nullus audeat, vel presumat contra statum paci=
ficum d[ict]e terre se armare, seu incastellari domum, vel portam, vel alia fortilitia
seu alio loco, et qui contrafecerint in CC: lib: denariorum puniatur. Item nullus — De pena facientium una conventicula et congregat.[ionem]
audeat, vel presumat in d[ict]a terra, vel ejus terr.[itorio] vel districtu facere jura, commen=
ticula, vel congregatione hominum aliqua ratione vel causa, sine expressa licentia
petita, vel concessa a DD: Prioribus, de qua licentia publice constet per scriptura
manu N[otar]ij reformatiua, et nullus in tali jure, vel conventicula, vel hominum

64: congregat. debeat interesse, vel stare, vel eo sequi, et contrafaciens in lib: 100: Corsonens. puniatur.

## De poena dantis alicui auxilium, consilium, vel favorem in Maleficijs.

65: Quicumque alicui in aliquo maleficio dederit auxilium consilium vel favorem puniatur ut inferius declarabitur, et quidem qui dederit auxilium et favorem in homicidio committendo associando homicidam in 100: lib: Corsonens. puniatur et si ut [illegible] verit et percusserit, acceperit, vel tenuerit aliquem, qui fuerit occisus, et occidens facilius illum occidat in CC: lib: Corsonens. puniatur. Si vero solo verbo auxilium dederit dicendo homicidae da li vel aliter exortando in 100: lib: Corsonens. puniatur. Qui vero in alijs quibuscumque maleficijs injurijs vel offensionibus alicui prestaverit, seu dederit auxilium, vel favorem contra aliquem puniatur in media poena quam ipse delinquens veniret puniendus ex forma statuti. Si vero quis dederit auxilium, vel favorem, ut furtum committeret de aliquo puero, vel puella, vel alia persona, aut redimat, puniatur in 50: libris denariorum Corsonens.

## De preliando aut prelium aliquod faciendo

66: Quia ludus noxius est in culpa et non debet tollerari ludus ex quo crimina oriuntur hoc salubriter censuit statuto, quod nullus audeat prelium aliquod incipere ordinare vel facere, nec etiam interesse prelio aut intelligimus si lapides projectae fuerint et homines armati in platea, vel alibi fuerint congregati, et qui fuerit talis prelij inceptor in 50: libris Corsonens. puniatur, et qui in prelio aliquo accesserit, et interfuerit, aut repertus in eo fuerit in libris XXV. Corsonens. puniatur et nihil. omnibus injurijs, offensis, percussionibus, vulneribus, homicidijs, et quibuscumque alijs maleficijs, seu delictis in prelio commissis puniatur committens seu delinquens poena et [illegible] in statuto contentis, et ordinatis pro qualitate offensae et delicti commissi et qui alicui preliando aliquid intulerit, seu fecerit damnum in regalibus vel feudalibus compellatur damnum emendare ipsi damnum passo, et ad ejus petitionem et stet etiam de persona damnum habentes, quod de ipso damno, et ejus extimatione dicto, et sacramento conquerentis. Et si non ap-

pareret

pareret de persona damnu[m] dantis, illud emendet inceptor prelij et malefactor causa prelij in sua domu[m], aliquem intrare permittat, quod de damno, vel alio ejus edificio lapides, vel aliquid aliud proiiciat, et contrafaciens pena similiter puniatur et pred. non intelligantur de prelio, quod fieret ca[usa] turbandi statum d[ict]e Terre ac eam contra homines, et statum Co[mun]is pred[ict]i et S. Rom[an]e Eccl[esi]e, in quibus casibus, et cuilibet eoru[m] committens, majoribus penis gravioribus et severioribus puniatur. Et qui vero arcum, seu balistam in prelio seu lis ipsa portaverit, ultra alias penas de ipsa portatione in centum sold. cortonens. puniatur, si vero balistraverit et percusserit in quinquaginta lib. cortonens. puniatur.

### Ex quibus causis pene maleficiorum duplicentur aggraventur, vel minuentur

67. Cum ex qualitate, et conditione persone, nec non loci tempore atque ea maleficium censeatur atrocius, et veniat pena gravior imponenda, hac districta lege sancimus quod in omnibus, et singulis maleficijs, injurijs et excessibus quibuslibet seu comissis dicto, vel facto in aliquem DD. Priorum dum esset in officio, et de d[ict]o off[ici]o vel in persona D. Co[mun]is tempore ejus officij, vel tempore sindicatus, vel ob[ca]usa accessus, vel recessus ipsius D. Co[mun]is pene quatriplicentur, et pena quatrupli puniatur, qui contra ipsum deliquerit, aut offenderit, salvo quod pro homicidio commisso in aliquem pred[ict]orum aliquem qui non sit n[unti]us DD. Priorum puniatur committens pena capitis sine aliqua redemptione cum bonora publicat[ione]. Item si quis offenderit aliquem ex officialibus, vel familia d[ict]i D. Co[mun]is, vel Cam[erari]o Co[mun]is, vel ejus Not[ari]o et Not[ari]o die Reformationum, vel aliquo ipsorum d[ict]is temporibus, vel in aliquo dd[ict]orum ope pena dupli puniatur, ejusque in statuto continetur. Ratione quoque locorum augumentetur pena, ut infra declaratur, videlicet quod de maleficijs, injurijs et offensis verbo, vel facto commissis in Palatio Co[mun]is et domo DD. Priorum d[ict]e Terre et eorum residentie vel aliquo eorum pena in quolibet, et pro quol[ibe]t maleficio injuria et offensa in d[ict]is locis in ipso aliquo commisso, vel commissis pena debeat duplicari salvo quod in producentis falsis in instris, seu alijs falsis scripturis vel falso teste, quod ratione loci pena non debeat augeri. Si vero committeretur in aliqua Ecc[lesi]a d[ict]e Terre vel etiam extra d[ict]as Ecc[lesi]as in eundo et redeundo quando Presbiteri et Clerici d[ict]e vadunt ad processiones, Letanias et divina cantantes, et dicentes et esse contigerit, aut committeretur in

66: aliqua Ecc.ª Territorij, et districtus d. Terre, vel in palatio solite habitationis d. Cois, et d. Prio-
rum d. Terre, vel prope per sex pedes ad pedale Cõe d. Terre, et committeret cum aliquo eun-
tem vel stantem cum mortuo in contrada domus mortui, vel quando iter erat ad Ecc.ª,
vel redibat duplicetur pena in omnibus, et singulis casibus scriptis, et adloci eius duplicetur pe-
na Cois solvenda. In pacem frangente, et duplicetur pena, que imponi debet et pro delicto,
seu maleficio ipso commisso. Et nihil. in ead. sint, et ipsi parti cui fregit pacem, vel ejus
heredi in pena in contractu pacis apposita, vel conventa. Et hoc intelligatur quod prope pe-
na in contractu apposita veniat exigenda, quando fregit ille, qui stipulatus fuerit,
et ille intelligatur pacem frangere cujus pater, vel filius, vel nepos, vel patruus offen-
derit illum, cum quo pax facta fuerit, vel ejus nepotem, patrem, fratrem, filium
ex paterna linea descendente et non intelligatur pax facta per verba injuriosa.
Item duplicetur pena in maleficijs que committerentur tempore militie alicujus, vel in
vigilia, et die festo S. Marie de mense augusti, vel in festo S. Nicolai, et una die post
festum S. Nicolai et in festivitatibus Nativitatis D. N. et Pasque Resurrectionis,
et in ipsarum festivitatum vigilijs et octavis. Item in furtis, et alijs maleficijs com-
missis occasione ignis, seu incendij exorti vel convicina, ubi esset ignis in domo, et in
maleficijs et offensis occasione illatis vel commissis in personis trahentibus vel euntibus
ad ignem seu ad locum ignis, vel ad aliquo illorum pena duplicetur in d. casibus, et
quolibet eorum duplicetur quoque in omnibus et singulis maleficijs de nocte commis-
sis et intelligatur nox a sono campane Comunis, quando pulsatur de sero ut custodes va-
dant ad custodiam ejus et quousque ad sonum campane S. Palatij Cois que pulsatur
de mane vel in Ecc.ª ad Ave Maria, ubi campana palatij non pulsaretur. Triplicetur
quoque pena quod alijs sumeret vindictam de injurijs sibi illatis in alterius
personam quam offensoris. Et intelligatur sumere vindictam si offenderet patrem, filium
fratrem, nepotem, vel alium conjunctum offensoris usque ad 3.um gradum ex utraque par-
te et consanguinitatis et affinitatis usque ad 3.um gradum que pena triplicetur. Non
intelligatur eo sumere vindictam consociatos offensoris duplicetur quoque pena
in percussionibus, et vocibus factis et illatis cum quadrelletto, stucchetto, bordone seu
pallocca

Pena duplicetur in pace frangentem

Pax per verba injuriosa non intelligitur fracta

Nox die quo intelligatur

De transversalibus vindictis

palocta cujuscumque generis metalli. Si vero occiserit capite puniatur et bona ejus
ipso facto confiscantur Com.tis: Item duplicetur pena contra forenses offendentem aliquem Quod in forensibus duplicetur pena
habitatorem d.e Terre, vel ejus Terr.ij in quocumque maleficio, et loco, et quod talis forensis pos=
sit per offensum vel alium, vel alios de d.a Terra capi, et duci, ac fortia Com.is mitti absque
pena et banno: Et si forensis offenderit puniatur incola d.e Terre offendens alium incolam
ipsius. Si quis vero de d. Terra percusserit, seu offenderit quemcumque aliquem foren=
sem, quod detineri, vel condemnari non possit nisi tantummodo ea pena in qua puniretur
vel condemneretur offensus: Si aliquem de d.a Terra offenderet in Terra, seu loco unde
est secundum formam statutorum, et ordinamentorum ipsius loci, unde erit offensus, seu loco
ubi habitat, quod statutum Com.tas d.e Terre servare teneatur ad penam XXV: lib. Cortonens.
statuto supra, vel infra posito non obstante. In omni quoque maleficio, excessu, et delicto
de quo contra aliquem proceditur, et procedatur pro quo pena pecuniaria principaliter vel Diminutio pene propter confessionem
secundario veniret imponenda, statutum diminuatur quarta pars pene imponende
cuilibet sponte confitenti dummodo ante publicationem testium confiteatur maleficium,
vel delictum, seu excessum de quo proceditur exceptis quoque in homicidio et vulneribus
atrocibus, et vituperabilibus, vel cum cicatrice et in mutilatione, vel incisione alicujus
membri et excepto in blasfemantibus Deum et Sanctos et jurantibus illicite. Item diminu= De diminutione pene propter pacem
atur medietas pene imponende causa cujuscumque injurie offense, aut maleficij, vel propter
De juram.to dando d. Potest. Macellarij levenium

Qd Patrones Macelli teneantur per Contraventionibus eorum famulo

## De Tabernarijs, et alijs venditoribus Vini ad minutum

83: Exerceant Tabernarij et quilibet alij vendentes vinum ad minutum dictam artem fideliter, et sine fraude exerceant, et teneant et habeant rectas, et justas misuras scilicet pitittum medio et fogliettam ligatam cum filo ferri sigillatam, et sigillo Com. plumbeo clavellatum ligatum cum filo ferri, seu raminis, ut s. d. mensure et qualibet earum, et alia

86: vasa magna seu majora teneri possint non obstante d(ic)ti non fuerint sigillata,
et debeant bene implere mensuras, et bene, et totaliter evacuare ipso dante et
mensurante vina, vel miscent bibentibus, vel ementibus, et qui contrafecerint
in predictis, vel aliquo predictorum in XX: Sold. Cortonens. vice qualibet puniatur, et Tave-
arnarii vina vendentes non immiscere fraudolenter aquam in vino, quod venderent,
sive unum vinum vendere pro alio, et aliam fraudem committere in vendendo
De pena vendentium unum vino pro alio — vina majori pretio quam fuerit gabellatum, et contrafaciens in XXXX Sold. Cortonens.
vice qualibet puniatur, de quibus omnibus, et singulis teneatur Potestas continuo inquirere
ad minus bis in hebdomada, qualibet mittere Notarium cum familia sua de Terra ad Simanum, et
exquirendi de predictis, et quolibet predictorum in toto hoc Cap.o contento, et se pertus culpabi-
les punire, et condemnare in penis predictis, et stetur, et credatur omnibus supra Officiali
dicto, et relationi d. Notarii, et quilibet ex posse et quemlibet culpabilem in predictis,
vel quemlibet predictorum denunciare, et accusare publice, et secrete, et credatur ejus juramento,
et cum uno teste, et tali denunciator seu accusator habeat tertiam partem d(ic)tae
pene, et si Potestas in predictis vel aliquo predictorum esset negligens in X: lib. Cortonens.
condemnetur per Sindicos, et Sindicatores ejusdem.

## De Ponderibus, et mensuris et de vendentibus ad mensuram et pondus

84: Quilibet Artifex, et quicumque alius vendens, vel emens ad pondus, vel mensuram seu
aliquam debeat habere, et tenere justam et rectam mensuram, et rectum et justum
pondus cum merco Com(unis) et signo signatum ad Claves Civ(itatis) secundum formam Statutorum
sub pena XX: Sold. Cortonens. pro quolibet contrafaciente et debeat cum vendendo
quam emendo quilibet juste, et legaliter ponderare et mensurare rem quam vendit et
emit, vel alia causa merente dictum ponderare et mensurare, et contrafaciens incidat in pena
XX: Sold. vice qualibet puniatur, salvis aliis majoribus, et minoribus penis supra,
vel infra in aliquo Statuto expressis in aliquo, vel aliquibus Causis, et d. Potestas quo-
libet mense inquirat, et mittat Notarium suum ad Apothecas, et ad alia loca ad Simanum,
et inquirendum de predictis ad penam X: lib. denariorum de suo Salario retinendam.

De dictis

## De Diebus Pascalibus, Dominicis, et Festivis, di quibus Apothece non teneantur aperte

85: Item statuimus, et ordinamus, quod nullus mercator, vel alterius generis Artifex, aliquibus diebus Pascalibus, Dominicis, vel festivis, utque in qualibet festivitate S. Marie de mense Martij, vel Augusti, et aliorum Apostolorum, Sti. Nicolai, Sti. Joannis Baptiste aliquis d. diebus teneant Apothecas apertas, debeat vel in eis, vel in aliqua ipsarum in dd. diebus, vel aliquo ipsorum vendere mercari, vel aliud misterium, aut arte aliqua exercere excepta macellarijs qui possint carnes facere vendere, et tenere, et spitiarijs qui possint aromata, medicinas, confectiones, et candelas et ceros, et res alias ad ipsorum artes spectantes vendere, et Apothecas qualibet die tenere apertas, et barbitonsoribus possint barbitonsare, et ferrarijs, qui possint in casibus necessarijs ferrare excepto, quod oprae mensis sit licitum unicuique asportare Mlala baccia, et erbam Pro bestijs omni tempore impune, et alijs contrafacientes in x: sold. cortonens. vice qualibet puniatur, et nullus portet in dd. diebus aliquam salmam, vel faciat aliquid laborerium et contrafaciens pena similiter puniatur, preter quam in octavis, et infra octavas Nativitatis Dni, et Pasque Resurrectionis in quibus diebus liceat unicuique asportare paleas Pro bestijs, et facere panem, et fornaris panem coquere liceat, et mulieribus aquam asportare, et Iotas mittae Ntis. suum in dd. diebus, et quolibet ipsorum die Pro d. Terrae, et extra quod non laboretur ad inquirendum Predictum, et contrafacientibus Item Relaos. et d. Ntij que pena de facto Pro d. Comunem a contrafacien. debeat auferre, et predicta faciat bandiri in qualibet vigilia dd. festivitatum veneris in die Sabati possit sicut tenere apothecas apertas, non tamen laborare

### De Mulieribus male Fame

86: Item statuimus, et ordinamus, quod nulla mulier male fame moretur prope aliquam Ecclesiam aut locum sacrum, aut intus d. Terrae, vel extra eius Territorio, et in districtu, nec aliquis in d. Terra eas recipiare aliquam audeat retinere, et contrafaciens in predictis vel aliquo predictorum in Centum sold. Cortonens. vice qualibet puniatur, summarie, et de facto, et sine processu aliquo, et expellatur ad petitionem cujuscumque petentis

86: et quod aliqua sit male fame sufficiat probatio quatuor testium fidedignorum, vel evidentia facti habita cont. et qualitas mulieris, de quo stetur arb.º provisioni Potis d. terre.

## Quod nullus intret, et exeat nisi per portam

87: Item statuimus, et ordinamus, quod nullus in terra Collis Regionis intrare, vel exire audeat, vel presumat nisi per portam ordinatam, que clauditur et aperitur de die, vel de nocte et si quis contrafecerit in XXV: lib. Cortonens. vice qualibet puniatur, si de die, et si fuerit de nocte in XXXXX lib. Cortonens. vice qualibet puniatur. Declaramus quoque quod si quis per aliquam portam d. terre intraverit, vel exiverit dum ipsa porta clausa staret subtus, vel supra hostium d. Porte in d. simili puniatur.

De pena exeuntium supra vel subtus portam

## De maleficiis et offensis commissis per Potem, vel officialem, seu Notarium et ejus familia

88: Item statuimus et ordinamus, quod si Potas, vel aliquis ipsius offlis et familiaris offensione, injuria de facto, vel verbo, vel comiserit contra aliquem terrigenam, et habitatorem d. terre, vel forensem puniatur eod. modo, et eisd. modis, quod et quibus puniretur terrigena, et habitator d. terre, qui alium terrigenam, et habitatorem offenderet, et eidem si unus alium offenderit et eisdem. de offensionibus, et maleficiis commissis in terrigenam et habitatorem d. terre per Potem Notarium, seu eius officiales et familiares se cognoscant, et de offensionibus et maleficiis commissis per Potem et Notarium ejusque familiares, sindicus eorum sindicatus puniat et cognoscat et si contigerit d. Potem ejusque Notarium et familiares inter se offenderent, puniatur offensor per Priores, vel reservetur puniendo tempore sindicatus offendens de qua reservatione stetur in judicio d. Priorum. De offensis vero et maleficiis commissis vel que committerentur inter Notarium et familiares ipsius Potis unius alium offendendo possit Potas ipsum Notarium et familiares reos punire, et possit in omnibus supradictis casibus, et quolibet ipsorum cognoscere, et punire, et finiri etiam tempore officii et durante offº ipsius, et d. tempore non puniverit, ut supra d. est, possit de talibus maleficiis cognosci, et pena imponi per sindicatores ipsius per sindicum, qui eum sindicabit et

Potas

Potestas possit licite Not. suamque familiam de facto corrigere, et detinere in carceribus et cippis, si ei placuerit considerando defectu causa correctionis secundum formam statutorum.

## De pena non parentis Potestati, ejusque Not.° et familiari

89: Item statuimus, et ordinamus, quod quilibet debeat parere et obedire preceptis, et preceptis quibuscumque faciendis d. Coitis, et ejus Not.° et cuiuslibet ipsorum, et qui fuerit inobediens, et non paruerit precetti d. Coitis, seu ejus Not.ij facto per ipsos vel ipsorum alterum, vel per aliquem ipsorum parte, per Castaldum d. terre in x. lib. Corthonens. vice qualibet puniatur plus et minus arbitrio d. D. Coitis, considerata qualitate personae et conditione inobedientie et persone non parentis, quam penam Potestas possit de facto sine aliquo processu vel scriptura inde fienda ob inobedientiam exigere, et solvi facere Cam.° d. Coitis, salvo quod uno facto, et negotio seu causa non possit uni eidemque persone in una eademque vice fieri debere duo precepta, et similiter duo pecunie, et si fieret, non possit pena preter quam de duobus ad plus exigi, et torqueri, et pred. omnia, et singula non intelligantur in preceptis et in aliis casibus inobedientie in quibus, vel pro quibus alia pena gravior vel minor esset ordinata per formam statuti, que in suo robore perseverent eadem pena puniatur. Resistens Castaldo, vel aliis ejus officialibus et familiaris d. D. Coitis, et non permittendo auferre pignus, vel extrahere hostia, vel si abscondentis pignus ipso Castaldo, quod Castaldus iret ad pignorandum, seu pred. facienda de mand.° d. D. Coitis, vel ejus Not.ij, de quo moro stetur d. Coitis, et ejus Not.° mandanti, tali de resistentia stetur d.°, vel relatione ipsius Castaldi, et pro inde puniatur talis resistens, ac si non comparuisset m.is d. D. Coitis, per [illegible]

Inobediens bis in die possit mulctari et [illegible]

De pena resistentis Castaldo et aliis off.s d. Coitis et recusandis pignus

De pena renuentis pignus

## Quod Nullus possit vendere, vel alienare aliquam possessionem alicui forensi non subiecto jurisdictioni Coitis d. Terre

90: Item statuimus, et ordinamus, quod nullus de d. Terra [illegible] vel aliquis alius habitator habens domum, vel possessionem aliquam, vel aliquid immobile, aut jura aliqua possit aliquam d. terre, et jurium, in totum, vel in parte vendere donare, vel aliquo alio titulo

Requirere de pœna augumentata ad lib. 172 Cor: 90. seu causa alienare, cedere, vel concedere forensi, vel alteri personæ nisi habitatoriæ et incolæ d. Terræ et in lib. d. Com: pœnæ nec alicujus alius possit emere, accipere, vel recipere vel quoquo modo vel causa acquirere sine licentia et consensu DD. Priorum pro opere existentium et contrafaciens vero in XXV: lib. Cortonens. vice qualibet puniatur et alienatio, et contractus sint nullius efficaciæ et valoris

## De petentibus debitum jam solutum

91 Item statuimus, et ordinamus quod quicumque petierit debitum jam solutum, de quo esset facta quietatio, et pretium alicujus possessionis venditæ, et habuerit sibi solutum in XXXXX libris Cortonens. vice qualibet puniatur. Item dicimus et eamdem pœnam imponimus si recusaverit cancellare instrumentum de quo fuerit sibi satisfactum vel facere satisfactum vel refusationem, ad quæ ipsum teneri volumus ad d. pœnam excipimus quod heredes non teneantur ad pœnam, nisi sit eis denuntiatum et declaratum, quod intelligimus si fuerit sibi ostensa evidens solutione facta, quod non possit habere justam ignorantiæ causam

## Quod nullus infectus intret d. Terram

92: Item statuimus, et ordinamus quod nullus infectus intret d. Terram, et si moratur expellatur et Potestas teneatur inquirere per medicos si tales infirmus sit, et esset in d. Terra quilibet possit eos denuntiare et denuncianti credentia teneatur et Potestas infra primum mensem sui regiminis inquirere super pred. et si quot in d. Terra reperiri posset, et debeat ipsos expellere, et expelli facere sub pœna X: lib. Cortonens. vice qualibet puniatur. Et quod Castellani Terræ teneantur et debeant d. infectos de d. Terra expellere et quicumque dd. Castellanorum in contrarium fecerit in sold.

De portinario permittente infectos intrare

V. vice qualibet puniatur. Et custodes portæ d. Terræ, qui dd. infectos in d. Terram intrare permiserint in X: sold. pro quolibet et vice qualibet puniatur, et pred. d. Potestas fieri facere teneatur ad pœnam X: lib. denariorum Cortonens. de suo salario retinenda, et si quis infectus intraverit in d. Terra, et nesciatur per quam portam intraverit, quod omnes custodes per ipsorum quolibet in X: sold. Cortonens. puniantur

De intrar=

## De extraordinarijs Criminibus et de Similibus ad Similia

93: Item statuimus et ordinamus, quod si quis aliquod comiserit maleficium deli=
ctum vel excessum, aut aliquod male, vel prave, seu dolose fecerit aut aliquod in=
justum, de quo non foret pena in aliquo statuto expressa, vel ordinata, quod de eis
et quolibet ipsorum possit procedi et condemnari committentes per Curiam dictae Terrae pena
simili contenta in aliquo statuto, tractando de aliquo simili casu, et si non repe=
riret simile statutum procedant et concedant secundum magis simile, et quod reperiatur,
vel non reperiatur in statuto casus similis, vel quasi, et quod casus sit ita extraor=
dinarius, vel non sicut dicitur et discretioni D. Consulis coram quo esset, sit pendere talis ca=
sus, vel cujus pena incertitudo verseretur.

## Quod portantes aliquod genus Bladi ad dictam Terram extra districtum ipsius Terrae non solvat gabellam

94 Item statuimus et ordinamus quod si quis detulerit aut deferri fecerit ex=
tra districtum dictae Terrae ad dictam Terram bladum, vel aliquod bladi genus nullam solvat
gabellam pro introitu, seu missione quae non praecise intelligatur de mense Ju=
lij et Augusti, et quilibet dictum Bladum portans, et portare faciens teneatur jurare
quod extra districtum dictae Terrae portet.

912:

# Tertius Liber

## Incipit Statutum de Civilibus Causis Hic et Sequitur

94 De Censura et ordine procedendi in Civilibus Causis et primo de Citat.e Quia de Civilibus Judiciis tractare intendimus, et initium Judicii ab ea parte perficitur quapropter editi de in Jure vocando, consequens est de Citationibus permittere, et primo ad cujus petitionem fieri possit 2.o qualiter in qua forma et per quem 3.o de relatione ipsarum, et quidem ad petitione cujuscumque ipsarum volentis aliquid petere ab aliquo in Judicio. Citationes fieri Citat. et debeant in d.a Terra et Citat.o fiat per Castaldum vel per banditorem d.e Terre vel per ipsorum aliquem infra formam vid. ut Citetur reus ad petitione cujuscumque volentis aliquid contra eum petere, vel facere in judicio, quod veniat ad respondendum de jure actori suo presenti, vel petere aliquid volenti infra 3.um in Citat.e contentum, vid. ea die qua citatur, det 3.um in Citat.e quod veniat sequenti die juridica post Citat.e hora debita semper in Citat.e causa ipsius Citat.s sententia, et expressa, ut talis Citatio fiat in persona vel ad domum Cit. Citatio adhibita in quolibet casu in talibus Citationibus et qualibet earum unicuique sexus masculi, vel femine presentis talis cujus nom.e Cit.i debeat referre Vic.rio vel Not.rio et Scribi faciat Castaldus d.o Not.rio et si delibet debitur, Iter Sacram.do Castaldi et pred. sufficiat in Citat. faciendis, et ipsarum qualibet omnibus Causis Civilibus tamen dato, et assignato 3.no Cit.o ad comparendum a die Citationis et saltem ad diem sequentem non feriatam, et dicto est exprimendo diem, in qua et per quam fit Citatio. Ceteri vero alij in d.a Terra et ejus districtu non habitantes publice sono tube premisso et per Preconem pub.cum Citentur in Palatio Potis d.e Terre quando Lis pendit vid. ad Ostium d.i Palatij semel cum 3.no dierum quinque ad comparendum et postea elapso d.o 3.no iterum Citetur ad d.m Ostium in Platea pub.ca cum 3.no trium dierum, et semper cum presentia unius testis, et omnes Citationes pro quacumque causa seu questione cujus summa vel extimatio esset a XXXX: Sol. supra fiat in Scriptis cum cedula, et dimissione d.e Cedule personaliter, vel ad domum Citat. prima vice tantum, et duabus alijs vicibus si non comparuerit reus Cit. per Castaldum sine cedula tamen assignat.e 3.ni et in omni causa Civili fiant tres Citat.es ante Comparitionem ipsius semper una die pro alia nulla pred.tum Citatione vitietur, licet de ejus Commissione non constet contra forensem, aut non subjectum Jurisd.ni d.e Terre non possit fieri executio realis, et personalis vigore Condemn.is contra tale factum nisi depositis, contra eum fiat fides Condemnatoris per pub.cum Instrum., vel per apodissa Scripta manu d.i Conventi, vel per duos testes legitime probantes. Et si fieret contra d.um talem forensem executio de facto teneatur actor ad ejus petitionem, talis executio fieret d.o forensi reficere damna, expensas, et interesse, que incurrisset occasione pred.

Contra forenses non fiat executio nisi constet de Credito tamen in Contumacia

## De Ordine, et modo cognoscendi, et terminandi questiones minoris Summæ

92. Si contingerit vero litari coram D. Pot.e pro aliquo debitore, vel causa quantitatis, vel extimatio=nis xxxx: Sold. Cortonens. vel infra, et comparuerit, cognoscat Pot.as de talibus questionibus, et causis, et qualibet earum Summarie, et de plano sine strepitu, et figura judicij, in quibus causis unius testis d.o sufficiat ad eum condemnand. vel absolvend. Et possit ea tales questiones ex=pediri per juramentum a parte parti delatum, vel relatum, et Pot.as utroque pred. possit in talibus causis questionib., et qualibet ipsarum ex suo officio, vel ad instam partium, vel partis jura=mentum deferri Actori, vel Reo, quod ei placuerit eligere considerata cond.ne qualit.e et fidelit.e personæ, quascumq. causas, lites, et questiones expediat infra viginti dies a die querele expo=site, remotis cavillationibus, et subterfugijs et exceptionibus juris, et facti, et sola veritate solummodo inspectis, et tabernarijs de credentijs factis ad taberna. d. Pot.as teneat facere executione personalis, et realis ad petitione petensis, sine temporis tardita=te, et product.e libelli et petitionis debitores in carceribus ponere, et non relaxare, donec creditori solverit cum effectu, et si negligens fuerit Pot.as pred. in pred.tis vel aliquo pred.tum in x: lib: Cortonens. qualibet vice puniatur de suo salario retinen.

## De Causis civilibus majoris Summæ

93. In causis, et questionibus majoris Summæ a xxxx: Sold. supra usque ad 50. lib.; Si Actor de jure suo non habuerit pub.m instrum. debeat Pot.as procedere sine libello summarie, et de facto, receptis juribus, et probationibus ab utraque parte et d. causa per sententiam diffi=nire infra viginti dies, vel recepto juram.to delato a parte parti, vel ex suo off.o expedierit actori, vel Reo facta coram eo aliqua semiplena probat.e cond.ne personarum, et qualit.e inspecta et alijs circumstantijs que in ejus animum magis inducerent ad deferendum actori, vel Reo, et si in pred.tis negligens fuerit puniatur Pot.as pena x: lib:; ab inde vero supra si Reus nolu=erit sine libelli porect.e respondere dicti libellum, vel petitione in scriptis continentem id quod petit, et causa, et dato libello Pot.as assignet Reo terminum duorum dierum tantum ad res=pondendum petitioni sive libello, et nulla possit proponi exceptio que habeat litis contes=tat.e tollere, vel impedire nisi solum inepte petitionis, et exceptio procuratorum, et de d.tis ex=ceptionibus debeat cognosci, et diffiniri per Pot.em infra duos dies ad penam centum sold. Cortonens. Alias vero exceptiones quascumque post litis contestationem reservet

Reus

De juram.to deferendo a parte parti vide in infra in pntis lege

Reus, et deinde faciat Potestas sicut consueverit, vel det terminum partibus ad probandum, et in causa procedat, et omnino infra unum mensem ut illum sudeat quaestioni et causae diffinitivae per sententiam terminare, et si negligens fuerit dictus Potestas puniatur in X: solidis cortonensibus; et ipso jure sit privatus suo officio, processus vero pendentes successor dicti Potestatis dictas causas terminare teneatur infra terminum quindecim dierum ultimorum a prima die introitus sui officii numerandos aliter si non fecerit pena simili puniatur. In quacumque quantitate vel se ecce si ab actore referatur sacramentum reo, vel a reo actori, quod tunc Potestas cogat Reum vel actorem differret ad jurandum, et si actor jurare noluerit Reus absolvatur, et si Reus jurare noluerit ipsum condemnare debeat nulla probatione habita. Et possint Civiles quaestiones et causae agi, et defendi per Procuratorem habentem mandatum sufficiens, vel legitimum in quolibet actu judicii opportuno. Ita quod non possint tamen esse nisi duo Procuratores ex parte actoris, vel Rei et qui plures conduxerit ultra illos duos puniatur in X: solidis cortonensibus pro quolibet dicto. Et ipso facto ad petitionem cujuscumque petentis quemcumque alium Procuratorem intervenientem in judicio Potestas, eum non audiat et ei silentium imponat, et nihilominus possit imponere poenam X: solidorum Cortonensium in juramento calumniae - - - - - - - - - - -

*Qd. Potestas infra mensem litis Civiles causas diffiniat contra ipsum et contra successores infra 15: dies*

*De juramento ferendo a parte parti et de pena imposita Cap.o*

*De juramento Calumniae*

pars possit exigere personam, quando simul primus dummodo juret, quando hoc postulaverit, quod non malitiose, vel causa faciendi partem adversam, sed dumtaxat qui extimat se bonum vel Clerum legaliorem et melius non scire veritatem, vel negari de quo agitur puniatur vel defensor ejus, salvo et excepto quod si ab expertio partis allegaretur ejus absentia per juramentum Procuratoris et per unum testem de credulitate probetur. Si vero agatur ex alia causa, unde appareret guarentigia instrumentum cum guarantigia, vel sine teneatur Potestas elapso termino in instrumento apposito ad petitionem Creditoris, vel sui Procuratoris, vel heredis ejus, et cujuscumque jus habentis et tali instrumento capi et detineri facere in Palatio, et in Carceribus debitorem obligatum, qui debitor obligatus in quocumque loco possit capi propter quod in Domo suae solitae habitationis, et quacumque quantitate et non relaxetur dictus debitor donec debito in instrumento contento et expensis causae taxandis per dictum D. Potestatem fuerit creditor integre solutus et satisfactus de dicto suo credito ut supra. Et etiam si voluerit creditor dare ei creditori debeat Potestas tenutam de bonis debitoris detenti et de dictis bonis dare ei in solutum et adjudicare secundum ordinem et consuetudinem in sequenti Cap.o comprensum et quod electa una via alia non tollatur, usque ad debitam satisfactionem et etiam noluerit creditor facere vel fieri facere praeceptum in libro debiti devenienda, et san=

*De execqu. juxta guarantigiati et sine guarantigia pulum fiat*

*De debitoribus in sua domo non capiendo etiam si instrum. appareret contra debitores*

*Jus electa. in sua electa una via alia non tollatur*

96: to ad districtum Palatij sub pena in statuto contempta, salvo quod cum instrumento non guarentigiato infra tres dies continuos possit debitor, seu reus ex eo conventus, vel disemptus opponere quod vult, et post quibus elapsis non audiatur, et si quis opposuerit, et non probaverit in X solidis

Excep.nes con. instra. guarentigiatum

contonens condemnetur de facto exigendis per Potestatem de terra. cum guarentigia vero instra nulla possit apponi exceptio nisi dumtaxat falsitatis, vel solutionis, et pacti temporalis vel perpetui de non petendo, vel exigendo, quorum quilibet infra tres dies continuos post capturam possit obici, et probari, et si fuerit obiecta, et non probata in libris quinque puniatur opponens per Potestatem de terra, et contra quo talis fuerit obiecta exceptio dictis tribus diebus elapsis non audiatur.

## De Modo, et ordine procedendi in Contumacijs

98: Contra debitorem, seu reum citatum pro aliqua re, vel causa ad jus et non comparentem in termino citationis detur actori de bonis ei ad ejus creditoris, seu actoris voluntatem ut tedio affectus veniat in judicio responsurus. Et si post tenutam datam, et captam in re mobili, vel se movente, vel in aliquo jure, vel nomine per viginti dies, vel in re imobili per mensura debiti declarati per triginta dies contumax steterit, et perseveraverit in sua contumacia infra dicta tempora non purgaverit reus seu debitor, et fuerit debitum, seu jus creditoris liquidum non audiatur ipse reus, sive debitor volens tenutam recuperare nisi creditori suo de ipso debito et expensis integre satisfaciat, et si vero debitum seu creditum jus non foret liquidum possit Potestas post dicta tempora supra distincta ad petitionem actoris recipere jura et probationes ipsius non obstante rei absentia, et contumacia, et ipsum jus, seu debitum liquidare pronuntiare, et declarare debitum, seu jus actoris fore liquidum, et ipsum actorem jus habere, qua liquidatione facta reus numquam audiatur ad recuperationem tenute vel rei nisi actori, seu creditori suum debitum persolverit, et expensas cause refecerit, et si comparuerit volens tenutam, vel rem captam recuperare audiatur, refectis primo expensis actori, et prestita cautione de stando et respondendo in judicio actori. Post dicta tempora possit etiam tenutam recuperare quandocumque infra decem dies in re immobili dummodo prius debitum persolvat et expensas actori reficiat. Et elapsis vero dictis ultimis temporibus, scilicet decem dierum in tenuta rei mobilis et quindecim immobilis reus nullatenus audiatur, et possit actor rem in tenutam captam habere in solutum pro debito petierit et expensis. Hoc si debitum fuerit liquidum, vel adjudicatum sibi per Potestatem per senten

quomodo contumax audiatur, et quod prius caveat et expensas reficiat

de temp. recuperan. tenutam vel excep. in Contumacijs

dum decte, aut vendat, et sibi de pretio satisfacto pretio prius iuramento ab ipso Actore
quod debitum cum petitur debet de iure habere a reo predicto, et quod non est in totum vel in parte
sibi satisfactum de eo. Sane si actor petierit rem mobilem, vel immobilem, aut iuris, et por-
taverit actionem, dicens rem petitam ad se iure dominij, vel quasi, aut alio pertinere, vel si-
bi obligata, vel pignorata esse, vel fuisse declarantes, quod talis res mobilis, vel immobilis
data in tenuta alicui Actori secundo decreto extimetur per duos extimatores eligendos — qd bona debitoris extimentur
per partes, qui iuret dictam extimatione facere bona fide. Et si dicti duo extimatores non essent
concordes in huiusmodi extimatione, detur eis tertius extimator per D. Potestatem, et quidquid fiet per dd. — De extimatoribus ad extimandum bona debitoris
extimatores, vel per majorem partem eorum habeatur ratum, et firmum, et ubi dicte Partes dd.
extimatores eligere noluerint vel alter ipsarum, Potestas in defectu partis eligere teneatur
tantis teneatur eligere unum, vel plures, quot sibi videbitur, habita aliqua informatione de ipsis
a Dominis Creditoribus dicte terre, et reus post citatus non comparuerit, ut predictum est, et simili
modo actor in tenutam, et possessionem rei petite, seu quam petere vult, mittatur, quam tenutam, — De bonis debitoris in pignus vigore tenutarum actori acceptis, et recuperatis
et possessionem positurum comparere, et recuperare infra viginti dies in re mobili, et infra
triginta in re immobili refectis expensis causae actori. Post vero dicta tempora, vel alterum
ipsorum tenutam recuperare non possit nisi prius refectis expensis ut supra et si post dicta
tempora steterit et perseveraverit in contumacia per alios dies triginta in re mobili, et
per sex menses in re immobili non audiatur postea de tenuta, et possessione recuperanda
sed in sua contumacia pena de reo Actor efficiatur, et de actore reus, et possessor verus
sed de proprietate audiatur quandocumque, et si constiterit potiora iura habere in proprietate,
et obtinuerit, restituatur ei eadem rei possessio, quam proprietas et contumacia autem
intelligatur esse facta et incepta a die denuntiationis factae per Castaldum in persona vel ad
domum precedentis

## Quod Vicarius ad petitionem Creditoris precipiat Debitori quod stet in Palatio

99 Teneatur quoque Vicarius ad petitionem cuiuscumque Creditoris precipere et precipi facere
per Castaldum cuilibet debitori convicto seu citato, et contumaci quod teneatur venire ad stan- — De debitoribus non parentibus, et eorum penis
dum ad districtum palatij pro debito stando, et venire debeat ad districtum et qui non venerit
ad districtum pro qualibet die, qua in contumacia non veniendo steterit in quinque solidis
Cortonensibus puniatur, cuius pene medietas sit creditoris, et alia medietas sit Curie, et ipse tamen

Qd. debitor non possit pro inobedientia condemnari ultra quantitatem debiti

tatur Creditor, vel procur. ejusd. possit de tali contumacia accusare, salvo quod nullus possit condemnari pro tali Contumacia ultra quantitatem debiti de quo agitur. Qui vero venit ad districtum, et contra preceptum Vicarii, et sine ipsius, vel Creditoris licentia de Palatio discesserit, seu recesserit, in XXXX: sold. cortonens. vice qualibet puniatur. Salvo quod si debitor ante ejus condemnationem, vel post infra tres dies concordaverit cum Creditore, talis condemnatio quinque sold. pro die contra quemlibet Contumacem fieri non possit, et si facta foret ab eis sit totaliter absolutus, et liberatus—

## De Sequestrationibus rerum fructuum Suspectorum Debitorum

100. Si quis coram Potestate comparuerit, et dixerit et juraverit se debere ab aliquo recipere aliquam pecuniarum quantitatem, vel rem aliam, et debitorem fore sibi suspectum, et se timere de fuga, et contumacia talis, et de eo non baractando (?), teneatur Potestas rem talem facere sequestrari et deponi in sequestrum penes aliquam bonam personam custodiendam, et conservandam usque ad convinctam (?) Curie, et facta tali sequestratione teneatur actor infra 3nm a Potestate statuendum de suo jure et causa sequestrationis ostendere, et docere quod fieri possit summarie, et de facto, et sine strepitu et figura judicii et si in d. 3no non ostenderit de suo jure, et non probaverit relaxetur sequestrum possessori seu ei a quo fuerit oblatum, et actor cogatur per Potestatem, qui sequestrum fecit reficere expensas illi contra quem sequestrum fieri fecit, et illi coram quo gestis (?), vel factum est sequestrum seu ille penes quem est, vel erat res sequestrata voluerit satisdare de stando et reponendo de jure, et judicatum solvendo actori, vel Curie recipienti nomine ejus qui sequestrum petierit, seu ad cujus petitionem factum fuerit et satisdatione prestita tam restituatur et statim res sequestrata non fiat sequestrum, sive sit forensis vel Collesepulanus et ille contra quem factum fuit sequestrum, vel penes quem erat res, vel depositio facta, vel ipsum forensem respiciat. Item liceat creditori Collisepulano suum debitorem forensem, et suspectum capere sua auctoritate pro se, vel alium, vel alios dummodo captum teneat in loco ubi ceperit, et de loco ipso non moveat sed statim veniat ad Curiam d. Potestatis pro familia et per familiam Potestatis ducatur ad Curiam, et in fortia Potestatis et dummodo creditor capiens, vel capere fecerit habeat in instrum. pro debito vel apodixam cujus causa ceperit, et illud instrumentum incontinenti Curie ostendat, et Potestas

Quomodo liceat forensi suspecto pro debitis debitores capi, et quomodo consignentur Curie

de d.

de d.a Causa teneatur dare familiam cuilibet petenti pena viginti quinque librarum Torsonen. 99

## De Restitutione Spoliatorum

101 Quoniam spoliatus ante omnia instendimus hac lege disponimus quod Potestas d.s Terre teneatur, et possit ea civiliter cognoscere de omnibus, et singulis violentijs, et quemlibet indebite possessione aliqua spoliatum, vel turbatum, vel quoquo modo violenter molestatum in sua possessione restituere, et integrare et ab omni molestia, et turbatione defendere, tueri, et spoliati, seu turbatori silentium imponere, ne ulterius spoliet, vel molestet que omnia fieri possit summarie et de plano sine strepitu, et figura judicij, rejectis cavillationibus, subterfugijs, et frustatorijs exceptionibus et controversijs sola veritate facti possessionis inspecta.

## Quod prius conveniatur Reus quam Fidejussor

102 Non possit fidejussor conveniri, antequam conveniatur et discutiatur principalis debitor pro quo fidejussit, sed primo ipse debitor principalis debet conveniri, et discuti, si est sufficiens ad solvendum, et satisfaciat creditori de bonis ejus integraliter, et si non esset totaliter solvendus, seu non sufficerent bona ejus ad integram debiti solutionem exigatur ab eo, et ejus bonis et quidquid potest, et postea pro resto, vel etiam pro integro debito, si non inveniret de bonis principalis, possit fidejussor conveniri, nec possit pactis aliquibus, vel conventionibus, vel reprotestationibus in contrarium vel hujus Statuti beneficio renunciari. Item si quis pro aliquo principaliter vel in aliquo contractu, vel causa mutui, vel depositi, vel cujuscumque alterius contractus conventionis, vel causa alicui se obligaverit et ille pro quo se obligaverit, aut aliquid se ex causis predd.s, vel aliquam jurare habuisse confessus fuerit, tali se obligati vel confitenti promiserit conservare ipsum indemnem, et pro se tale debitum recognoverit confitendo esse suum, et pro se factum, et contractum et pro illo qui primo se obligaverit, debeat talis, tale debitum recognoscens, et de conservatione indemnitatis promittens vigore instro talis recognitionis, et promissionis, conservationis indemnitatis cogi, quod per eosdem illum cui sic permisit conservare suis expensis indemnem integraliter solvere creditori, recognosci debitum, et ab omni damno, dispendio illum que

De oblig.ne depositi et quomodo sit deposito providendum

100 qui pro se obligavit penitus liberare, et pro tali instro recognitionis vel promissionis de conservando indemne presentem sine aliqua probatione debiti fuisse ipsius qui debitum recognovit, vel de indemnitate promissit se obligaverit, et talem confessionem fecerit, eo quilibet ptis reobis, et personaliter, et summarie de facto sine strepitu et figura judicij cogatur indemne conservare fidejussorem suum, et quemlibet alium, qui pro eo solverit vel damnum sive dispendium aliquod sustinuerit ad voluntatem, et petitionem fidejussoris, vel alterius solventis, vel damnum passi.

De conservat. indemnitatis

## De pignoribus recolligendis, et vendendis

103 Si quis habuerit pignus conventionale vel hipothecam alicujus rei antequam possit vendere, vel alienare rem talem, teneatur denuntiare facere debitori seu illi a quo pignus, vel hipothecam habuerit in persona, vel ad domum debitoris, seu illius a quo rem pignoratam, vel hipothecatam recolligat, quae denuntia facta si debitor, seu ille qui rem pignoravit vel hipotecavit ea infra decem dies si fuerit res mobilis, vel infra duos menses si fuerit res immobilis eam recollegerit, possit postea creditor libere vendere, qua venditione faciat bona fide, et legaliter, et justo ab eo pretio jurando, quod dabit offerenti, et si emptor non inveniretur, sibi adjudicetur eodem pro pretio competenti, et talem venditionem debitor, seu ille qui rem pignoravit vel hipothecaverit ratam habere cogatur et talis rei praet.r formam praed.am venditio fieret, nulla sit venditio ipso jure.

De pignoribus conventionalibus et eorum venditione et quomodo super iis procedatur.

## Quod mulier nuptta possit se obligare

104 Liceat cuilibet mulieri nuptae una cum marito suo, vel ejus consensu in contractu quolibet alteri obligare, et talis obligatio, et contractus sit firmus, et validus nulla exceptio vel . . . seu jura aliquo obstante, et si talis uxor patrem habuerit, debeat etiam patris intervenire consensus in qualibet oblig.ne pro ea fienda, et si patrem non habuerit, exigatur et interveniat consensus avi, et si avum vel patrem non habuerit interveniat consensus fratris carnalis et si fratrem carnalem non habuerit interveniat consensus duorum consanguineorum quos habet, et aliter se obligare non possit. Et hoc non vindicet sibi locum in procurationibus seu instris factis, vel fiendis per duas mulieres.

De prescrip.ne

## De Prescriptione decem annorum et de alijs prescriptionibus 101

105. Qui rem immobilem per tempus decem annorum inter presentes viginti inter absentes bona fide, sine fraude et justo titulo computato tempore auctoris sui cum suo, vel sui quolibet sive auctore tempore decem annorum possiderit perpetuo sit securus, et talis res sic prescripta sit suus et a nullo possit inquietari. Item si quis fuerit negligens in petendo aliquid debitum alicuius quantitatis pecunie, vel rem sibi debitam ex aliquo contractu, vel instrumento mutui, depositi, vel quocumque, cuius temporis, seu dies, vel conditio petendi decesserit, et steterit vel solverit per tempus sexdecim annorum postea petere non possit, sed sibi efficaciter obstet prescriptio decursu temporis predicti, nisi infra d. tempus pro tali tempore fecerit citari debitorem vel fecerit protestari coram Iudice, vel coram debitore tempus prefatum sibi non currere, vel si alio sufficienti actu vel modo prescriptionem interrupserit prefatam. Et predictum tempus prescriptionis tam in debitis contractibus et in instrumentis preteritis, quam futuris. In contractibus vero, seu instrumentis, vel debitis usurarijs obstet prescriptio octo annorum, et quod contractus seu debitum sit usurarium et tale creditor usurarius sufficiat probatio trium testium contra de tali creditore affirmantium talem creditorem usurarium esse –

De prescriptione instrumentorum usurariorum, et quomodo probetur creditorem esse usurarium

## De ficticijs seu simulatis Contractibus.

106 Nullus contractus ficticius, vel simulatus aliquod robur habeat, nec ex eo aliquid jus alicui fiat, vel jus alicui ex eo possit ledi, vel impediri, sed ipso jure sit nullus et nullius efficacie, vel roboris. Et quia difficilis est probatio fictionis et simulationis statuimus quod Potestas subtiliter debeat respicere et investigare ad petitionem cuiuscumque cuius interest pro tali fictione, et simulatione, et ad probationem talis fictionis probande et detegende maxime fiat examinatio a Notario et testibus conscriptis in instrumento de tali fictione et simulatione, et ad probationem talis fictionis sufficiat, si testes dicant qui stant in ipso instrumento conscripti in instrumento seu contractu simulatum, vel ficticium, nec possit Notarius propterea citari, vel molestari. Item si quis alicui vendiderit, vel alio titulo alienaverit sub aliquo nomine contractus rem aliquam et dicte rei possessio immediate remanserit penes venditorem, vel alienatorem et possiderit eam continue post contractum et alienationem saltem per duos annos nihil reponendo emptori de tali re, nec infra d. tempus aliquo opere possiderit emptor vel alterius tituli receptor presumatur talis venditio et alienatio ficticia et simulata et proinde habeatur ac si facta non fuisset, non obstante quod tempore con=

106 tractus, et alienationis venditor, seu alienator constituerit se tale rem pro tali sic emptam vel contrahente precario, vel alio tit.o suo nom.e possidere, et si quod in instru.to de tali contractu seu alienatio sit, vel simulate factum fuerit ad petit.em cujuscumque cujus interesse debeat cassari, et irritari; et Cons.es sic fieri faciat et observet ad penam decem librarum

## De executione Sententiaru[m] et Arbitratoru[m]

107 Omnes Sententie Arbitratorie et Laudi exeq.i mandentur p[er] Cons.es d. Terre cui inde fuerit requisitus infra octo dies post Sententiam latam, et post confirmationem ipsorum et cuilibet eorum quod et qui servatur in pub.co quando fuisset appellatum, vel contrad.um seu petitum reduci ad arbitrium boni viri summarie et de plano sine strepitu et figura judicij, et illud jus, et ordo servetur in eis, et quolibet eorum quod et qui servatur in pub.o, et pro pub.cis instris sine alicujus tiretta solut.ne excepto quod pro arb.o, et laudo de quibus tiretta secundum formam statutorum solvatur prout solvitur in alijs casib., et teneatur Cons.es ad petitionem cujuslibet creditoris, vel ejus Cr.oris habentis speciale [illegible] vel detinere seu detineri facere in Palatio sub fida custodia quemlibet condemnatum, et de Palatio contumacie vel debiti confessati in jud.o, donec d. debitum vel condemnationem et expensas cum effectu communi et creditori persolverit et d. Cons.es in pred. et quolibet pred.um si negligens fuerit puniatur vice qualibet in sol. x. Cortonens. et nullus pro maleficio vel debito d. tempus possit detineri, vel sequestrari pro alio debito nisi primo expeditus et relaxatus fuerit a prima detemptione de eo facta pro maleficio, vel delicto, et id juris sit in detemptto causa alicujus debiti.

Paulus detemptus pro una causa possit pro alio detineri

## De Exsecutione Testamentoru[m], et aliarum ultimarum voluntatum

108. Testamenta, Codicilla, et alia quecumque ultime voluntatis de quibus pub.ce infra appareat executioni mandentur secundum voluntatem defuncti ad petit.em cujuscumque cujus interest p[er] Cons.es d. Terre sum.rie et de plano et sine figura judicij, viso testam.to, seu instro pub.co cuilibet ultimarum voluntatum non vitiato non cancellato vel suspecto et soluto tiretto secundum formam statutorum et cogantur execut.es relicta pro salute anime vel ad pias causas infra quindecim dies a die petitionis cujuscumque cujus interesset solvere et distribuere talia relicta secundum defuncti voluntatem, et cogantur heredes ad petitionem talium executorum, et alicui eorum dare et assignare ipsis executoribus, vel alteri eorum, si quilibet habet mandatum in solidum a defuncto dem

pecunia

pecuniæ quantitate, et rerum, seu rebus opp.ᵃ pro exequiis præfata ad hoc ut pia defunctorum vo-
luntas fideliter adimpleatur. In piis tamen exequtionibus et causis non solvatur dirictum

## Quilibet habens rem communem possit ad divisionem provocare

109. Quia nemo invitus in Comuni stare cogitur, statuimus, et ordinamus quod quicumque
tam minor, quam major cum aliquo, vel aliquibus haberet, seu habuerit hereditatem seu
sortem comunem aut rem alicujus rei possit coheredem, vel consortium, vel consortem, et quemlibet
alium habentem partem in aliqua re comuni cogi ad divisionem pred.ᵗᵃᵐ terræ, et territorii, et cujus-
cumque ipsarum provocare et provocari. Et Potestas d.ᵗᵉ terræ, et qui pro tempore fuerint te-
neatur et debeat tales coheredes, et alios quascumque communiones, seu commune haben-
tem ad faciendam divisionem ad petitionem cujuscumque jus habentis compellere, et petitam
divisionem fieri facere cum adjudicat.ᵃ et restitut.ᵃ fructuum perceptorum de bonis communibus
supradd. Et si partes discordarent fiat electio per Potestatem duorum pred.ᵗᵒʳᵘᵐ bonorum virorum,
qui jurent et faciant d. divisionem. Et si dd. duo sic electi discordarent eligatur alius ter-
tius per eumd. Potestatem qui sic electi d. divisionem infra decem dies post eorum elect.ᵉ et
juramentum præstita facere, et cum effectu expedire per d.ᵐ Potestatem compellantur. Et si Potestas in
pred. negligens fuerit, incurrat in pena 100: soldorum qualibet vice, et si per aliquam par-
tem negaretur comunio rei, possit talis comunio negata probari coram Potestate, et probatione
legitime punietur ipso facto per Potestatem pred.ᵗᵘᵐ talis negans communionem in pena seu menda
dictis 100: soldorum cortonensium. Qui Potestas in pred., et de pred., et quolibet pred.ᵒʳᵘᵐ procedat, et
cognoscat, et difiniat summarie, et de plano sine strepitu, et figura judicii sola rei
veritate inspecta

## De Jure Dotium

110. Quia dotis causa semper ubique præcipua esse debet, hoc statuto censemus, quod si mulier,
vel alicujus pro ea dotem dederit in pecunia, vel in re extimata marito suo seu socero suo
aliis, sit ad dotis restitutionem obligentur omnia bona mariti seu soceri, et alterius prædi-
ctorum, et se obligantis sint, et esse obligata intelligantur pro ipsa dote, et jure ipsius

104 ejusdem dotis ipsi mulieri, vel suis heredibus, et preferatur omnibus creditoribus, exceptis iis
anterioribus et expressis habentibus hypotheca et nullus alius creditor possit tenutam aliquam
vel immissionem imponere aut insolutum datione in dotis talibus pro dote oblig. tacite vel
expresse recipere vel habere in prejud. d. mulieris, vel dotium ipsarum, vel alicujus earum,
salvo quod si extant tot bona, que sufficiant ad dotem, vel ad id propter quod immissio fi=
eri petit, quod tunc immissio locum habeat, et si contingat socerum, vel fratrem mariti
vel alium cum marito, vel sine marito dotem recipere, vel mitti vel immitti in commu=
vel penes recipientem esse et se vel eorum alterum, eorum bona pro dotibus et juribus dotium obligari
Et supervenerit quod talis maritus, vel si dotem dari, et si dos esset in patrimonio loci
seu familie seu terre, socerus, idemque pater, et frater, et quilibet alius dotem seu dotis
quantitatem vel rem habens ea in communibus bonis si in loci esset reddere marito tali vel
de bonis ejus, qui recipit tantum uxore tam consentiente, et possit pred. modo causa
et forma talis redditio, seu restitutio fieri marito pred. ejus uxore consentiente pred.
et quemlibet ipsorum, et ipse maritus, cui dos est reddita solus, et non pater vel frater,
aut alius sit, et remaneat obligatus uxori suisque heredibus pro dotibus talibus, et ipso=
rum jure tali marito de consensu uxoris restitutis et redditis et non obst. quod talis resti=
tutio fuerit constante matrimonio. Et nihilominus tam maritus, quam uxor teneantur
patri fratri vel alio et cuilibet eorum, qui dotem restituerit d. modo et tempore
facere finem liberationem, et pactum perpetuum de non petendo et confessionem dotis re=
stitute et omnem sufficientem cautelam. Ita quod pred. vel aliquis ipsorum, vel eorum here=
des, vel bona occasione talis dotis et juris ipsius non possit, vel possint de cetero molestari.
Et si vero dos consisteret in re immobili inestimata, ipsa res marito restituatur
sine aliqua cautione prestanda, que cum sit fundus dotalis et de ejus obligatione et alie=
natione teneri non debet. Et ad cautelam, statuimus quod tale non possit modo
vel causa aliqua obligari, et ut mulier in jure suo dotis defraudari non possit, sta=
tutum est quod dicta mulier preterquam in casu suprascripto possit alicui finem
facere liberationem, confessionem, aut pactum de non petendo, aut contractum vel distri=
ctum aliquem de non petendo dote sua et si secus fecerit ipso jure sit irritum. Et aliis

pta

quamvis tamen in persona, qua in muliere obligata in suo pristino robore perseverent, nisi evidenter appareat, ipsam mulierem jus suum et dotes suas habuisse, et sibi solutam recepisse in pecunia numerata, vel aliis, quae manifeste appareat post matrimonium dissolutum, constante vero matrimonio dos repeti non possit, salvo quod si maritus talis sui dotem tempore prodigaliter et dissolute male utatur substantia sua, ut viri similiter debitorum ne ad inopiam vergat, vel si ad inopiam jam venerit, possit uxor etiam in matrimonio constante implorare officium judicis quod pro cautela et securitate suae dotis conservandae et jure mittatur in possessionem bonorum pro modo mariti et quantitatis suae dotis, et jure dotium facta prius fide per aliquos testes ipsius mariti convicinos, qualiter ipse maritus prodigaliter, vel dissolute male utitur substantia sua et vere simili dubitatur ne ad inopiam vergat, vel quod jam pervenit, et citatis per praeconem publice, et alta voce [illegible] interesse contradicere volentibus, quod infra tertium diem compareant ad contradicendum, opponendum et probandum quidquid volunt et possunt, aut dicta immissio non fiat, et praedicta omnia et singula facere teneatur potestas praedicti ad oppositionem cujuscumque mulieris, vel patris, seu proximioris consanguinei ipsius mulieris summarie vel de plano sine strepitu et figura judicii, et ipsis et bona dicta data causa mulieri pro suis dotibus et juribus conservandis assignata, et data et in quorum possessionem mulier fuerit immissa sint et maneant pro securitate perpetua [illegible] dotis, et non possint marito, vel aliis alienari vel obligari et matrimonio dissoluto sine ipsius mulieris consensu aut suorum heredum quo jure et causa dotium praedictarum et idem observetur si maritus ad inopiam pervenerit vel pervenire dubitetur propter aliquod maleficium pro eo commissum et similis [illegible] probatio seu probatio fiat in possessionem immissio. Et si mulier nupta habens filios vel filias vel nepotes et filiis, et habeat testamenti factionem testari possit de dotibus suis usque ad tertiam partem suae dotis, secundum [illegible] voluntatis, in aliis duabus partibus succedant filii sive nepotes ex filiis dictae mulieris testatricis, sed si filios vel filias vel

Quod mulier possit testari per tertiam partem dotis suae

110. vel nepotes ex filijs non haberet 3.a pars dotis sue revertatur ad proximiores con=
sanguineos ex parte Patris illius si haberet fratrem, vel sororem carnalem non nuptam
vel patruum carnalem, et si d.os consanguineos non haberet talis mulier sit libera a tali
cond.ne et hoc locum habeat in futurum, et de duobus alijs partibus testari et dispone=
re possit pro libitu voluntatis, dummodo in casibus supradictis, vel aliquo ipsorum teneatur
Quod mulier possit testari — mulier requirere, seu requiri facere maritum suum presentem, et quod debet interesse confect.e
d.i testam.ti, et si noluerit interesse, quod tunc ipsa mulier non obstante viri absentia
possit testari, quod statutum locum habeat in futurum. Item statutum est quod si dos a
Patre perfecta ad Patrem redire debeat, Pater ipsam dotem pro sua filia videlicet con=
servet, et filijs quandocumque secundo, vel alterius nupserit restituere, et ad dotem
promissam per eum non solutam cogatur tam ipse Pater, quam etiam heredes ejus solvere
d.e filie integraliter.

## De Successione ab intestato

111. In Successione ab intestato primo succedant filij masculi, et nepotes, et pronepotes
et deinceps ex filio masculo legitimo, filie vero aut neptes ex filio, vel deinceps
si dotate fuerint, vel dotabuntur per ipsos masculos fratres eorum, vel nepotes ex
filio, vel esset sibi dos constituta per Patrem, vel Avum, vel aliquem alium nomine
Quod femine filie non possint succedere — dotis, vel aliquem eorum secundum facultatem Patrimonij Patris defuncti non
possint ab intestato succedere Patri vel Matri vel alio consanguineo conjun=
cto ex latere Patris, vel Matris intestato defuncto. Nepotes vero succedant
cum Patruis in stirpe, et non per capita. Si quis vero sine Patre et filijs,
vel nepote, et pronepote, vel deinceps ex filio intestatus decesserit proximio=
res consanguinei ejus, sive unus, sive plures sint ejusdem gradus succedant tali
defuncto ab intest.o et omnia bona defuncti ad d.um proximiorem, seu proximiores
deveniat, hoc tamen declarato, quod si talis ab intest.o defunctus habuerit sive
fratres, vel sorores, vel nepotes ex fratre eorum aliqui sint ex utraque parte
conjuncti, aliqui ex altera tantum preferantur in ejus successionibus ab intest.o

Ille vel

Ille, vel illi qui est, vel sunt ex utroque parente conjuncti exclusis conjunctis
ex altero parentum. Et si habuerit fratres, patruos, sorores vel nepotes ex fratre conjuncti aliqui ex matre seu materna linea tantum
vel fratribus quorum aliqui sint ex patre et paterna linea tantum ille vel illi
qui ex paterna linea sunt conjuncti praeferantur, et succedant tali defuncto fra=
tri, sive patruo in bonis paternis et quae in tali defuncto ex paterna ejus successione
devenerunt, et illi vero fratres, sorores, vel nepotes qui ex matre tantum ex materna
linea sunt conjuncti praeferantur, et succedant tali fratri vel patruo in bonis ma=
ternis et quae ipsi defuncto a matre, vel matris hereditate devenerunt ad quas suc=
cessiones ab intest.o, vel aliqua earum non mittatur cum praedd. proximioribus consanguineis
vel aliquo eorum aliqua mulier seu femina dotata a matre, patre, vel fratre, vel
patruo, vel nepote, vel quia tales proximiores, vel proximior, vel alter eorum voluit dota=
re et ei constituere, designare et dare dotem congruam pro modo facultatis pa= Quod mulier dotata non possit in supplem. agere
trimonij sui, nec possit etiam ad supplementum agere quamvis dos fuisset minus
legitima sibi debita jure naturali. Si qua mulier vidua caste et honeste honorem
praemortui viri sui servaverit possit succedere, et succedat filio suo, et filiae ab intesto
defuncto vel defunctae immediate usufructu omnium bonorum talis filij sive filiae ab in=
test.o defunctae vel defuncto, et si ad secunda vel ulteriora vota transierit, vel
caste non vixerit seu viri mortui honorem non servaverit sit omni jure filij et fi=
liae successione exclusa

## De Alendis Parentibus a Liberis

112 Teneantur filij juxta vires facultatum suarum inopes parentes alere, eisque
alimenta praestare. Et similiter pater alere filium familias, ac etiam emancipatum et nepotem
ex filio inopem, et quemlibet ipsorum convenienter considerata facultate substantiae. Nec
hoc etiam intelligatur mater et si maritus eam alere possit et ejusdem juris sit, in ipsa ma=
ter vidua moreretur salvo quod mater vidua dotem haberet, vel aliud unde possit ali
filius eam alere non cogatur

## De Prodigis et Mentecaptis

113 Prodigi et mente capti ullo modo sine dicti Curatoris consensu possit aliquid de suis bonis ven=
dere, donare, vel quomodolibet alienare aut aliquem contractum vel distractum facere cum aliquo
nec in judicio possint agere, vel conveniri. Et volumus tamen pro utilitate prodigorum, et
mente captorum, ipsa aliorum fore pro errore convenientis eis. nec errore aliquo decipiantur

108.

Si quis mentecaptus, vel prodigus censeatur quod consanguinei cujuscumque prodigi et mentecapti et quilibet eorum consanguineus possit ire ad Potestatem et Dominos Priores et facere scribi et facere scribi nomen talis mentecapti, vel prodigi, et petere ipsum prodigum vel mentecaptum declarari et pronunciari, quo facto teneatur Potestas congregari facere consilium in quo Domini Priores intersint, et in ipso Consilio publice declarare et pronunciare talem prodigum esse vel mentecaptum, et mandare per publicum preconem in Consilio quod nullus cum tali mentecapto vel prodigo declarato debeat contrahere vel aliquid agere et qui sic fuerit pronunciatus extunc mentecaptus censeatur, vel prodigus et non possit de eis vel pro eis, quae postea gesserint sine Curatoris consensu modo aliquo conveniri vel obligari, de ante gestis vero teneatur, vel ante declarationem vel pronunciationem predictam, et quolibet eorum possit efficaciter conveniri et teneatur civiliter respondere

Ex casu mentecaptorum alique et matre deum ... [marginal note, faded]

## De Fidejussoribus pro Forensibus non obligandis

114. Nullus de Terra Colle Sigionis, qui sit allibratus in libra loci dictae Terrae possit pro forensi aliquo fidejubere, intercedere vel se depositarium, vel debitorem constituere, aut se modo aliquo obligare pro aliquo debitore in judiciis vel contractu Criminali vel Civili causa, vel negotio et si secus fuerit, obligatio ipso jure non valeat, et huic Statuto renunciari non possit, et talis de dicta Terra, qui aliquem se pro dictis causis vel alia pro forense aliquo obligaverit, pro eo solvit, vel aliquod damnum sive dispendium passus fuerit indemnis conservetur, de bonis et talis forensis et summa descripta sine solegnitate et figura judicii. Et possit ea sua authoritate aprehendere de bonis dicti debitoris forensis pro quo solvit vel damnum aut dispendium passus fuerit usque ad integram solutionem

Quod fidejussor pro forense obligatus possit de capitu auctoritate

## De Testibus in causis civilibus recipiendis

115. In Causis seu litibus civilibus cujuscumque rei quilibet possit testes et compellatur testimonium probare, qui inductus fuerit, exceptis Patre et matre Avo filio nepoti pronepote fratre et sorore carnali et quolibet alio consanguineo secundi vel proximioris gradus, et Nuru et socero, qui non possint nec aliquis ipsorum possit unus pro alio esse testis vel testimonium ferre in aliqua causa seu lite. . . . . . - Salvo quod si testis in pari gradu attineret utrique parti tunc non excludatur. Ad Casum Consanguineitatis, sed possit testificari frater inter duos, vel plures fratres, et consanguineus quilibet cujuscumque gradus sint consan:

De eis qui non possint esse testes

De eis qui possunt esse testes

consanguineos in pari gradu, etiam si in secundo gradu attineat testificari non valeat
testificando talis consanguineis. Et non admittatur ad testimonium minor quatuordecim
annis. Et non admittantur, qui fuerint de falsa attestatione, vel alijs falsis condem=
nati. Et possint induci testes in causis ordinarijs, post litis contestationem, et etiam lite non conte=
stata et non ante nisi de testium valetudine, morte, vetustate, vel absentia timeatur, in
quibus casibus, vel quolibet ipsorum ad perpetuam rei memoriam induci possint quandocum=
que, etiam ante litem contestatam, vel motam, praestito prius juramento a volente, vel inducere
eos, seu ipsos, vel ipsum testes, vel testem ante litem contestatam vult inducere ad perpetuam
rei memoriam, quia timet vel suspicatur de testium casibus supradictis, vel aliquo ipsorum et citata
parte contra quam producuntur, seu cujus interest, ad quod veniat ad videndum ipsos testes
jurare et ad accipiendum copiam attorum et ad faciendum interrogatoria, et si non venerit, fiat
tamen productio, et juramento praestito examinatio dictorum testium, et publicatio attestationum partis absen=
tia non obstante

Testes examinari possint ad perpetuam rei memoriam

## De Scripturis privatis Mercatorum vel aliorum

116 Quaelibet privata scriptura tam mercatorum quam aliorum continens, quod ille qui eam
scripsit teneatur aliquid alicui dare, vel facere, probationem faciat et probet sicut instrumentum
publicum quousque quantitatem, et ita executioni possit, et executioni mandetur, dummodo dicta scriptura
appareat manu illius contra quem producitur, scripta, seu in libro mercatorum, et caeterorum
dicti ferre cum uno teste fide digno de visu credatur usque ad quantitatem quadraginta solidorum
Cortonensium. Mercatores autem intelligantur qui sunt scripti in matricula mercatorum,
vel qui consueverint artem mercantiae exercere

Infra de scripturis manu propria
de scripturis fidem adhibeatur sicut instrumento usque quantitatem
Quanta fides adhi-
beat libris mercato-
rum

## Quod in causis Civilibus Potestas Cognoscat et diffiniat sine consilio Sapientis

117 Teneatur Potestas coram quo aliqua civilis quaestio ventilatur in ea procedere et cognoscere, tam
interloquendo quam diffinitive pronunciare, et finire negotium, et causam et litem
quamlibet per se ipsum, sine consilio alicujus petendi sapientis, nisi ambae partes consilium
haberi concorditer peterent, et non possit peti consilium sapientis ante diffinitivam sententiam
inde datam et extra nisi semel et petens consilium deponere teneatur salarium antequam
discedat a banca, Potestas declaratur, et dare suspectos, et confidentes. Et si aliter fiat
consilium habeatur pro non petito, et teneatur Potestas causas consulendas curare quod [illegible]

110 sibi habeat infra 3ᵘ diem ad dicendum et quod non possit committi causa extra d. Terram in loco distanti a d. Terra ultra duas leucas, et pro quibus d. Terra ad d. Poc.
Et si in pred. Pot. negligens fuerit cadat in penam x. librarum Cortonen. et Consultor cui in Terra pred. commissa fuerit, ipse reddat Consilium infra tres dies a die sibi

Consilium petens intelligi cum expensis

transmissi processi, et teneatur ad penam centum soldorum Cortonen. et quilibet petens consilium intelligatur cum expensis

## De Locatione et Conductione Domorum et Terrarum

168. Conductores domorum et terrarum teneantur domum et terram eis locata diligenter et bona fide tractare, et uti, et solvere pensionem et redditum. Et completo locationis tempore eam locatori dimittere et omnia et singula facere et observare secundum legem et formam locationis, et contractus, et si pred.ᵃ omnia et sing. non adimpleverint, et Pot. compellat ad ipsa omnia et sing.ᵃ facienda, procedens in pred. ad petitionem locatoris summarie, vel de facto sine strepitu et figura iudicij, et possit et liceat locator finito tempore locationis si conductor non dimitteret et relaxaret domum vel terram locata sua auctoritate auferre et intrare domum et terram pred.ᵃ et deinde sua facere voluntate. Si vero rem locatam vel conductam alienari contingerit, nihilominus conductor teneat eam sibi locatam durante finiendi tempus locationis

Quod in locationibus procedatur summarie

Locator finito tempore locationis possit auctoritate intrare in rem locatam et invito locatore

Quod conductor non possit expelli, et si locatum alienaverit

## De Arbitris

169. De omnibus et singulis causis, litibus et controversiis, discordijs et questionibus quibuscumque inter quoscumque, sive in iudicio, sive extra iudicium, quocumque modo vertentibus posse fieri compromissum, seu remissio in arbitros, vel arbitratores, vel amicabiles compositores, et illi seu ille in quem vel quos fuerit factum tale compromissum seu remissio possit et debeat de contentis in compromisso et remissione ipsius compromissi vel remissionis formam cognoscere et arbitrare sententiam componere et definire, et quidquid pro tali arbitrio, arbitratore seu amicabili compositore fuerit arbitratum, laudatum, compositum aut quomodolibet diffinitum, vel latum habeat robur et sit validum et irrevocabile atque firmum, non possit modo aliquo revocari. Teneatur Pot. ipse ad petitionem eius cuius interest executioni mandare et observari facere in effectu infra octo dies a die lati arbitrati seu laudi, vel a die confirmationis ipsius, si fuerit opposita conditio, vel petitum reduci ad arbitrium boni viri vel aliter contradictum. Et Pot. talem et tales arbitros, et Pot. amicos, seu arbitratores seu amicabiles

biles compositores, qui compromissum vel remissionem receperunt, vel acceptaverunt cogere arbitrari, laudari et diffiniri captis pignoribus et realiter, ac etiam personaliter detinere

Quod qui acceptaverunt compromissum cogantur Et cetera

prosequi sententiam, seu arbitrium, vel arbitramentum seu laudum, tulerint, et effectualiter fe- nerint ad pena X: lib: Cortonensis: Et possit quilibet alterius in arbitratorem et arbitra- torem, seu amicabilem compositorem assumere qua via placuerit et non vitietur ejus diffinitio, seu arbitrium, vel sententia, licet non attenderit omnem viam in compromisso expressam dummodo non pronuntiet extra ea, quae in compromisso, seu remissione continentur et non vitietur com- promissio, vel remissio, licet pena in eis non fuerit apposita. Et ita ex arbitrio laudo, et diffinitione arbitrorum, seu arbitramentorum, et amicabilium compositorum oriatur actio, excepto quemadmodum ex sententia lata per competentem judicem oriretur, et illud idem jus fiat ex eis et quilibet eorum quod fieret ex sententia judicis competentis si arbitri, seu arbitratores quod non essent concordes, tertium eligant. Coram dicti Terre

## De appellationibus aliisque recursibus

140 Quilibet gravatus per Comune dicti Terre possit appellari, et de nullitate agere infra tempora ordinaria eodem modo appellari possit tam ad interlocutoria, quam a diffinitiva sententia et quo- libet gravamine injuste illato tam in criminalibus quam in civilibus causis, et quilibet possit appellari a definitiva sententia, quam ab interlocutoria, et ante sententiam a quolibet gravamine, et post sententiam latam, quilibet appellare volens, appellare teneatur infra decem dies a die sententiae latae, et si infra dictos dies decem non appellaverit, teneatur dictum Comune dictam sententiam effectui exequtioni mandare et quilibet appellari possit coram officiale a quo gravatus appellans vi- va voce et verbo si fiat incontinenti in lato gravamine. Et nullus possit nec debeat appellare nisi ad S. N. Papa, ejusque Curia et Auditores Sacri Palatii, vel ad aliud ipsius Papa regimentum, et Ill.mi et Rev.mi dicti Terre, et si aliter fieret appellatio ipso jure sit nulla si vero fieret coram judice, vel officiale, a quo appellatum fiat in scriptis et contineat in eo gravamine et nomen officialis, qui gravamen dedit, et in qua causa et questione, vel pro- cessu, ne sit opus inferre, seu exprimere causam gravaminis sed sufficiat generaliter dicere

Appellatio causa non possit appostolos non vitietur

in appellatione. Se injuste gravatum, nec etiam vitietur appellatio, eo quia non fuerint petiti appostoli seu litterae dimissoriae. Et Comunitas et quilibet officialis a quo fuerit appellatum teneatur supersedere, et nullam facere novitatem, vel exequtionem realem, vel personalem in causa seu processu, vel negotio vel sententia, aut gravamine a quibus vel a quo fuerit appellatum et quilibet appellans teneatur appellationem prosequi secundum formam juris et constitutionis Ill.mi Rev.mi Ecclesiae

1112 sub pena centum lib. cortonens. de suo salario retinend. et finita causa app.nis facere et obser=
vare quicquid pronunciatum vel reformatum extiterit p. Off.le vel Jud. de app. nis et revocare incon=
tinenti omne gravamen omnemque detentionem et injuriam a quo vel qua extiterit app.um
recendum quod p.tu Off. alem seu Jud. de app.nis extiterit pronunciatum, vel reformatum ad penam centum
librarum, quam penam ipso facto incurrat, si in aliquo contrafecerit vel plenarie non
observaverit id quod p.tum Off.le seu Jud. de app.nis extiterit pronunciatum et de sententia seu
confirmata, nullus possit ulterius conqueri coram alio —

De Restitutione in integrum

1121 Restitutio vero in integrum in casibus a jure permissis postulari peti, et agitari pos=
sint, et debeant coram d. Cote, de qua et in qua provideat, et cognoscat summarie,
et de plano sine strepitu et figura judicii hoc tamen expresso et declarato in re=
stitut.e in integrum, quod qui ipsam petit ostendat, et probet se lesum seu deceptum
sui facilitate vel dolo adv.ii, vel alio modo necessario in minoribus dumtaxat se
minorem probare, nisi ea de lesione, vel deceptione probet, et minor intelligatur qui
non est etatis 20. annorum, vel minoris etatis, qui est etatis 20. annorum, vel plurium
major intelligatur etatis perfecte in quolibet casu

Quorum Appellatione non recipiantur

1122 Nullus contumax vel condemnatus contumacia pro aliquo maleficio excessu Cri=
mine, vel delicto audiatur appellans, nisi talis contumax infra terminum decem dierum a die
late sententie appellaverit, et depositum fuerit in pecunia numerata apud Cam.lum
Cois d. Terre de quantitate pecunie condemnationis de eo facte, a qua appellaverit seu
appellare voluerit, adeo ut si contingat eum in app.ne succumbere d. depositum pro
tali condemnatione integraliter solutum in introitum Cois mittatur et nisi prius de dicto
deposito appareat constet nullo modo appellari possit, nec in app.ne et recursu alio
audiatur vel aliquatenus admittatur, vel paratus sit stare in carceribus donec pronuncietur
in processu. Et non audiatur appellans, vel aliud recursum postulans, seu intentari volens
condemnatus ad mortem vel ad penam aliam corporalem, aut vitio contumacie nisi fuerit
vel venerit in fortiam d. Cois, qui eum condemnavit, ut si ipsum in app.ne vel alio recursu
succumbere in ejus persona et bona condemnatis exec.o fieri possit, vel aliter in d. casu,
seu casibus, vel ipsorum altero, ipse vel alter in d.o casu, seu casibus pro eo non audiatur ap=
pellans

Qd appellans in Cri=
minalibus non audiatur
nisi facto deposito de
tota condemnatione, vel
sit in Carceribus donec
fuerit pronunciatum

pellens, vel ad aliud remedium venire volens, et si dictum appellantem dictus Potestas appellationes admiserit in viginti quinque lib. Cortonens. vice qualibet condemnet.

## De Contradictionibus Arbitrorum

1723 Teneatur Potestas quoque audire et cognoscere de omnibus contradictionibus seu petitionibus et reductionibus ad arbitrium boni viri porrectis vel appositis coram eo contra quodcumque laudum arbitratum, vel arbitramentum seu sententiam arbitrorum dummodo talis petitio seu contradictio facta seu porrecta coram dicto D. Potestate fuit infra tres dies a die lati laudi seu arbitrij sententie vel arbitrati. Qui Potestas teneatur tamen de jure dictorum laudorum sententiarum, vel arbitramentorum quod dictis contradictionibus seu petitionibus et qualibet et qualiter coram cognoscere summarie et de plano sine strepitu et figura judicij terminare et diffinire causam talis contradictionis seu petitionis infra decem dies continuos a die lati Laudi vel Arbitrij seu sententie ad penam XXV. lib. cortonens. nisi dictum tempus dictorum decem dierum Potestas de consensu partium ulterius prorogaverit hoc declarato, et presumpto hujus statuti presumptione quod esse sententie laudum, arbitria arbitramenta lata ex compromisso seu partium conventione vel remissione vincta et equa presumantur et de ipsorum veloberius coram injustitia, vel iniquitate seu indebito gravamine vel dolo adhibito per contradicentem probetur sint valida et firma, et nullatenus retractentur. Hoc autem et quod si partes comiserint in aliquem seu aliquos, et promiserint cum jure non opponere seu venire contra laudum vel arbitramentum ad arbitrium seu sententiam, vel ad aliquid predictum ne via aperiatur perjurio non possit qui sic compromisit et juravit venire contra laudum arbitrium sententiam aut arbitramentum prefatum, nec petere ad arbitrium boni viri reducere aut modo quocumque alio contradicere et qui contradixerit vel in contrarium petierit incidat in penam compromissi et contradictio nullatenus admittatur. Quod de compromisso, et juramento apposito non possit peti arbitrium boni viri

## De Tutoribus et Curatoribus

1724 Cuilibet Pupillo et Pupillis carentibus tutoribus testamentariis ad petitionem propinquorum seu Matris detur tutor idoneus et diligens ex agnatis Pupilli vel Pupillorum habentium agnatum idoneum, vel detur ex cognatis et ille preferatur in tutela vel cura qui proximior est in gradu idoneus alias preferatur qui in domo et diligentior est, non obstante non donante gratus prerogativa, et de predictis fiat per Potestatem diligens inquisitio, et de tutoris

124. Sit in curationibus minorum, prodigorum, et furiosorum per omnes dictos Officiales Terrae
cum inquisitione ad petitionem Patris vel Propinquorum Mater quoque esse possit si prudens
et diligens esse tutorem et curatorem filiorum suorum et quilibet tutor et curator teneantur
facere juramentum, et omnia bona pupillorum, et adultorum prodigorum furiosorum et in Inventario scri-
ptura ponere et scribere vel scribi facere. Et teneantur d. Potestas singulis sex mensibus compel-
lere d. Tutores, et Curatores eis sibi ostendere Inventaria, et habere unum duo vel tres ex pro-
pinquioribus pupillorum, seu minorum et cum ipsis conspicere d. Inventaria et inquirere et exami-
nare et de administratione et gestione d. Pupillorum, et interrogare subsidia si bene vel male
gerant, vel tractant pupillos, et adultos et bona eorum et si invenierint male gerere, mi-
nistrare possit, suspectos removere et loco remoti alium subrogare. Et possit cognoscere
et pronunciare de suspecto contra tutores, et curatores et suspectos accusatos et etiam inqui-
sitione procedere et suspectos removere, et alium eorum loco subrogare

Potestas quolibet semestre compellat omnes tutores ad ostendere inventaria, et perquirere de eorum administratione

## De Feriis et Diebus feriatis

125 In causis Criminalibus omni tempore possit procedere, cognoscere et pronunciare diebus singulis
dictis sive festivis, qua alijs teneatur Potestas in causis maleficiorum sedere ad bancum et
de d. causis cognoscere salvo quod diebus Paschalibus, et Dominicalibus, et in festivitatibus S.
Mariae et S. Nicolai nostri Protectoris et defensoris et duodecim Apostolorum, et die Ve-
neris Sancti, et vigilia cuiuslibet Paschalis si non vult non teneatur de d. causis cognoscere
in Civilibus autem questionibus et causis diebus singulis jus reddatur exceptis infrascriptis feriatis
diebus, videlicet diebus Paschalibus et Dominicalibus. Item in festivitatibus S. Mariae, omnium Evange-
listarum S. Angelo S. Nicolao S. Joannis Baptistae, S. Luca, S. Maria Magdalena, S. Caterina,
in festo omnium Sanctorum, in festivitate Epiphaniae et Pentecostis cum duobus diebus sequentibus.
Item octo diebus ante festum Nativitatis Domini et septem post. Item a die Palmarum Dominica
usque ad diem dominicam post Pascha. Item a die Jovis ante carnisprivium exclusive usque
ad primam diem Jovis quadragesimae jus non reddatur, in omnibus istis diebus, et Ordinationes jus
reddatur. Item a medietate mensis Junij usque ad Kal. Augusti jus non reddatur et tempore
vindemiarum quod tempus determinetur per d. Priores et in praed. diebus ad Laudem
Dei Jus non currat partibus litigantibus, excepto quod in causis appellationum possit his diebus
procedi, et in alijs diebus feriatis exceptis et in actis ad laudem Dei possint negotia forensia
expediri

In his diebus in maleficijs jus non redditur

In forensibus reddantur jus diebus non obstantibus ferijs

expediri sive terrigenis forenses habeant quaestiones, non obstante clausula praed. Et d. negotia forensium expediantur breviter, et sum.rie et sine libello, strepitu et figura judicii, ipsis praed. feriis servatis in civilibus causis tantum ut dictum est. Et in maleficiis vero possit quolibet die procedi, et sententiari. Et quod Not.us Civilium teneatur, et debeat facere unum librum pro se in quo scribat, et scribere teneatur omnes dies juridicos, et feriatos occurrentes toto tempore sui officii quolibet die ad poenam decem soldorum Tortonen.; quorum scripturam necesse habeant praedictis feriatis illi qui sunt excepti, et d. Notarius pro feriatis ipso contemptu esset in aliquo

## De damnificatis causa represaliarum

116: Item statuimus, et ordinamus quod si aliquis terrigena vel habitator terrae Collescipionis ostenderit derobatum, seu spoliatum fuisse occasione represaliarum d. tali forensi concessarum pro debito alicujus terrigenae, seu habitatoris, et quod in veritate teneatur, quod d. terrigena pro ejus debito d. forensi represaliae concessae sunt et constet firmiter esse debitorem d. forensis, quod Potestas, et ejus Curia sum.rie et de plano sine strepitu, et figura judicii cogat, et cogere teneatur d.um debitorem ad petitionem d. terrigenae, et habitatoris spoliati ad satisfaciendum sibi de ipsa quantitate pecuniae, quam monstrabit solvisse illi, qui eum spoliavit et de expensis —

## De reprobando alienatione infra

117: Item quia Collectiae, et damnum Com.is, et Subiectae Seculari Curiae Com.is consenserunt fieri alienationes bonorum ad obviandum maliciis. Statuimus, et ordinamus quod si quis quocumque tit.o alienationis summississet, transtulit et in aliqua persona non subiecta Seculari Curiae d. Terrae, vel transferret in futurum in aliqua bona, vel possess. sitas in Terri.o et districtu d. Terrae, quod pro eis non minus datias et collectas, et alias factiones d. Com.is, qui Com. solvere et facere teneatur non de sua libra hujusmodi posita quomodolibet cassari bona De alienatione bonorum privilegiatis et non solven datias

## De correctione Librae

118: Item statuimus, et ordinamus quod in qualibet bannimenta preparet d. Com.is et aliorum qui fuerint deputati ad corrigendum d.am libram, quod in 3.no assignando in ipso banno sui banni.to

quilibet de d.a Terra, et habitat. in d.a Terra debeat consignare in scriptis omnes possess.
cultas, et incultas cujuscumque conditionis quas habent, et possident quocumque
titulo infra tenuta, et districtum d. Terre que non sunt accatastata, et scripta
in Catasto Com. d. Terre, tis vel alteri cum licet alias fuerit scripta in d. Catasto,
et accatastato Com. d. Terre, et nomen non reperiatur scripta in d. Catasto cum tribus
confinibus proximis, et cum num.o tabul., seu vera mensura. Et qui contra fecerit
non assignando d.as res, vel possess. vel aliqua earum condemnetur p. d. Com. summ.rie

De pena non assignan. sive accatastan.

et sine strepitu, et figura judicii immediate extimationis d. rei non assignate
et de dd. condemnationibus denuntiator habeat quartam partem, et teneatur in decreto
d. summa totius Catasti scribatur, et sciatur ipsa res et nunc est in d.a Terra et
ejus districtu, et quoties in posterum contingerit in ipso aliqua dativam im=
ponere exquiratur quanto capit pro quolibet cent.o in Catasto seu libro d. Com.
qui nunc est servandus quod assumetur solutio fienda p. centinarium et libra. Item
si quis conqueritur de errore mensure suorum bonorum, seu alicujus sue possessionis

De conquerentibus de errore mensure et correctione

Com.tas debeat et teneatur mittere sensales, seu mensuratores p. sibi videbitur qui pred.
declarent ad petitionem petentis. Et Com.tas teneatur dd. errores servandos d. declaratione
corrigere et corrigi facere in Catasto p. Not.rium Com. expensis petentis. Item quod fiat
bannimentum pro parte d. Com. quod quicumque emerit, vel venderit aliquam possess.
vel bonum, quod infra unum mensem a die venditionis, vel emptionis computandum debeat
emptor sibi scribi facere, et accatastari in Catasto Com. cum aliis possess. suis
p. Not.rium d. Com., et venditor teneatur similiter petere quod d.a res seu vendita elevetur
sibi et ponatur emptori sub pena x: lib. cortonens. pro quolibet, et vice qualibet.

De bonis alienatis accatastan.

De partibus a flumine, rivis deleendis de Catasto

Item quod omnes possess. que p. flumen, vel rivos essent ablate, vel occupate in totum
vel in parte taliter quod sint facte prorsus inutiles, quo ad eam partem, que perdita
fuerint, vel occupate deleantur, et cassentur de summa Catasti p. tangit ad mensuram
justi

iussi pedalis d.i Coìs. Item quod d.i superstites imponerent p d.m Com.e occurrentibus opportunis, *De pena imponen. p Comun super accatastatione*
et corrigendi, vel mutandi possint, et debeant exequi p d. Commune sum.rie et de facto,
et sine strepitu, et figura iudicii, usque ad quantitatem Centum sol. contradicens, et
non ultra, inspecta semper qualitate negotii, et personae solventis poenas superio=
ritas. Item quod omnes possessiones quae essent allibratae in libro, et in catasto Coìs predi.
reperiantur, et obligentur d.o Com.i homines d.e terrae, et quoad dativas, et collectas, et omnes
alias factiones d.i Coìs, et omnia alia honera, et realia ad hoc, quod si de eis velleant
alteri fieret instrumentum alienationis in aliqua, vel in ultima voluntate, sive inter
vivos transeat cum onere suo et Com.e d.e terrae in debitis servitiis non defrau=
det, et quilibet de suo allibramento d.i Coìs pro rata sibi contingente de dativis et
collectis solvere teneatur infra terminum p d.m Com.e prefigendum.

# Quartus Liber

## Incipit Statutum de Damnis datis hic, et sequitur infra

### De damnis datis in vineis et alijs Quadageris

109. Item statuimus, et ordinamus quod quicumque de die in vineis non plenis uvis, vel alijs quadagerijs, silvis, vel alia quacumque damnum dederit, solvat pro poena, et damno decem soll. Cortonensium, et credatur Juramento Accusatori cum uno Teste usque ad quantitatem damni decem soll. emendet patenti in duplum taxationi D. Potestatis, vel eius Notarij precedente, et si Testem exinde non habuerit, tunc, et eo casu, tam de damno, quam de quantitate damni credatur Juramento Inventoris, vel Custodis, vel Laboratoris, vel Domini, vel ipsius Nuntij, vel Famuli, vel alterius de Familia sua usque in quantitatem decem soll. Cortonensium, et eo casu puniatur poena superius expressa. Prohibemus quod nullus faciat in Pratis, vel Campis alienis, vel in aliquo blado alieno vecciam, vel aliam herbam sub d.a poena, et qui abstulerit eo, non teneatur ad poenam et stetur Juramento Custodis, vel Inventoris contra formam supradictam, et secundum modum pred.um poena veniat imponenda. Possit etiam tali Inventor d.m herbam, vel fasciculum herbarum auferre ipsi auferenti auctoritate propria si vero damnum illatum fuerit a decem sollis supra, tunc abinde supra debeat de damno probari saltem per unum Testem, et secundum probationes factas fiat emendatio damni illati in duplum illi quis

De damno dato in vineijs non plenis, silvis vel alia credatur Juramento Accusatorij cum Teste et examinato in duplum emendet.

Accusatori absque Teste credatur usque ad quantitatem decem Soll.

De facientibus vecciam vel extum in pratis, campis, vel blado.

De auferentibus d.d. herbas, fascicul. non puniatur

Et damno excedente Soll. x: probatio ad minus per unum Testem

Qd sunt prohib. 177. fiat emendatio in dupl. passus et damnum, et pœna supra scripta Communi nihil condannetur

Qd Quilibet teneve Canem uncio Ligatum

130. Item statuimus, et ordinamus qd a Kalendis Augusti, usque ad Kalendas Novis portare debeant Canes hominum d.e Terre parent et uncinos bonos, fortes, et magnos ligatos ad collum, et si Canis cuiusque inventus fuerit sine uncino D. pred. Canis puniatur vice qualibet in quinque soldis Cortonensium, et credatur Iuramento Nuntiatori cum uno Teste.

Qd Vicarius teneatur mittere Notarium suum, et Familiam ad Custodiendum vineas, et alios fructus

131. Item statuimus, et ordinamus qd Potestas d.e Terre, qui pro tempore fuerit supra cuiusvis damni dati, et teneatur, et debeat fieri facere Custodiam vinearum, et aliorum fructuum, et mittere Notarium suum cum Familia per Territorium d.e Terre pro damnis datis inveniendis saltem Ter pro qualibet edomada, et Repertos Culpabiles punire secundum formam statuti d.e Terre ad penam decem librarum Cortonensium de suo salario Retinendarum, et de omni damno dato invento per eiusdem D. Potestatem vel eius Notarium, et familiam, D. Potestas habeat, et habere debeat quartam partem pœnę Residuale quod supererit, et d. Potestas, Notarius, et familia teneantur, et debeant ducere ad Palatium Dni Potis omnes homines, et Personas, et Bestias quas invenerint damnum dantes vel Bestias inventas ducere non possint, stetur, et credatur Relationi Notarii, vel alicuius de Familia D. Potis.

De damnum dantibus cum Pullis in hortis et Canepis

132. Item statuimus, et ordinamus, qd quicumque dederit damnum

num cum Pullis ortaribus, vel his similibus in horto Canepis vel in area, condamnetur pro uno quoque Pullorum in duodecim denariis Cortonensium vice qualibet, et stetur sacramento Inventoris, vel Domini Rei, vel alicuius de Familia usque in quantitate decem sollorum Cortonensium, et emendet damnum Patientis

## De damnum dantibus in Pratis, et vineis custoditis

133. Item statuimus, et ordinamus quod quicumque damnum dederit personaliter, vel cum Bestiis in Prato custodito, si personaliter in viginti sollorum Cortonensium vice qualibet puniatur, si cum Bestiis pro qualibet Bestia minuta, videlicet pecudissa pro bando, et pena duos soldos Cortonensium, pro qualibet Bestia Bovina, Asinina, Cavallina, Muletina, Porcina, Caprina quinque soldos Cortonensium, et emendet damnum Patienti in duplum extimationis Domini Potestatis precedente. Si quis damnum dederit personaliter in vinea plena uvis, horto, canepina, vel Canneto in viginti soldos Cortonensium pro qualibet puniatur, et si cum Bestiis pro qualibet Bestia minuta soldos quinque Cortonensium et pro qualibet Bestia Bovina, Asinina, Cavallina, Mulina, Porcina, et Caprina in decem soldos Cortonensium pro qualibet vice puniatur, et emendet damnum patientis, ut supra dictum est. Et si non habuerit unde stet ligatus in platea dicti Comunis ad Cassam Palatii cum uvis, vel aliis fructibus et rebus in quibus damnum dederit ligatis et suspensis ad collum per unum diem, et unam noctem, et possit ille qui presenserit damnum dare, ducere ad Palatium

De damno dato in prato custodito personaliter vel cum Bestiis

De pena dd. personaliter in vinea plena, Canneto, horto et Canepina

133. D. Potis usque ad quinque Bestias, et ipsius Bestias assi: gnare Potti, et Cam.lio Com.is ad pœnam Centum Soldi Cortonen: sium, et si ille cuius fuerit Bestia, vel alius Decaccepsit d.ta Bestias cont voluntarem ducentis eam, vel eas incontinen: ti in Centum Soldi Cortonensium vice qualibet, et si d.e Bestia et animalia Pastorem non habuerint Dnus ipsarum conde: mnetur pro qualibet bestia in pœnis pred. et non pro persona. De pœna Centum Bestias quas ducendo ad Curiam

## De Aqua Reparanda, vel Manutenenda cuiusq: Rivi, vel Fossati

134. Item Statuimus, et ordinamus, qd si quis extraxerit aquam de aliquo Rivo, seu fossato, et miserit eam aliundi, ipsam Remittere teneatur per cursum unde extraxerit, et Rivus sive Conductus sit Largus in profundo aque prout fuit quando extraxit, et si non Remiserit post preceptum factum spatio octo dierum, puniatur in Centum Soldi Cortonensium per dictum Potem, et eius Notarium, et d. pœna toties committatur, et exi: gatur quoties contraventum fuerit, quo usque Remiserit d.am Aquam in d.o Cursu, et hoc d. Potis, vel eius Notis fieri faciat ad petitionem Petentis, cui preiudicium generaret sine Libello aliquo, et Strepitu, et figura iudicii ad pœnam viginti quinque Ld Cortonensium, et nullum Aquatorium possit esse super aliqua Strada, vel via Pub.ca d.te Terre pœna viginti Soldi Cortonensium, et super hoc inquirat D. Potis, et eius Notus ad petitionem Petentis, et hoc Ca: pitulum sit precisum qd tolli, corrigi, vel mutari non possit per Consilium aliquod preiudicans in aliqua parte sui. Ut nullum Aquatorium possit esse super ali: qua Strada

Qd Potas teneatur terminare omnes Processus suos de Damnis datis infra X. dies 124

135. Item statuimus, et ordinamus qd Potestas omnes suos processus de damnis datis teneatur cognoscere, et finire infra decem dies computandos a die qua ad notitiam pervenerit delictum, vel culpa propter quae fuerit d.s processus, et d.is decem diebus elapsis infra tres dies immediate sequentes omnes processus factos cont.a homines d.e Terrae et ipsius Territorij, vel ea aliunde d.s Potas celeriter exequatur, et si in exequendo fuerit negligens, vel remissus in sui salarium computetur, et defalcetur, et nihil puniatur, et condemnetur in poena Centum Sold.m Cortonensium vice qualibet tpre sui Sindicatus.

Qd Potas teneatur personaliter capere omnes, quos invenerit damnum dantes

136. Item statuimus, et ordinamus qd si d.s Potas, vel eius Notus personaliter, vel p Familiam ipsius invenerit aliquem damnum dantem ubicumque, et qualitercumque, possit, teneatur, et debeat ipsum damnum dantem personaliter detinere si forensis fuerit Terrigena acc.o scribatur, ut supra, et eum non relaxare donec solverit cum effectu absque sententia, et processu, dummodo hac ord. reducantur in his scriptis, et damnum emendaverit in duplum Patientis.

137. Qd Potas teneatur remittere Familiam suam ad petitionem Petentis

137: Item statuimus, et ordinamus quod si quis invenerit, vel viderit aliquod damnum dantes in eius poss.ne personaliter, vel cum Bestiis et recurserit ad Potem pro faciendo capi d.tos damnum dantem, quod Potas teneatur ad petitionem cuiuscumque petentis mittere familiam suam ad capiendum, et ad ducendum ad Palatium d.os damnos dantes, et si duxerit teneatur ipsos punire, et condemnare secundum formam statuti; Et Potas, et eius familia habeat partem, ut superius est expressum, et si d.s Potestas in pred.is, vel aliquo pred.e fuerit negligens, et subito in decem libris cortonensium de suo salario vice qualibet puniatur.

## Quod de Processibus, et Executionibus damnorum datorum appellari non possit.

138: Item quod d.s Potas sit in suo off.o, et habeat potestatem liberam et plenariam, et ab eius processu, vel exequt.ne de damnis datis nullus appellari, vel reclamari non possit, nec eam de nullitate conqueri, nec inde pati possint consilium sapientis de gerentis, et administrandis per eum, vel eius notum, et familiam sindicari non possit, vel arrotionari nisi specialiter furtis, fraudibus, et negligentiis off.ii, baratavia, et simonia, et quod non retinuerit familiares.

## Quod Potas teneatur habere Familiam deputatam omnibus suis sumptibus, et expensis.

139: Item ad hoc, ut D. Potas valeat d.m off.m commodius exercere statuimus et ordinamus, quod ipse habere, et tenere debeat familiam deputatam in d.o off.o suo exercendo secundum

formam electionis sue continue omnibus suis expensis, et sumptibus ad penam quinquaginta librarum Cortonensium de suo salario retinendarum. 126

Qd Dnus Potas possit inquirere contra projicientes aliquas putredines

139 Item statuimus, et ordinamus qd d.s Potas et eius Notus teneatur, et possit inquirere contra omnes, et singulos projicientes aliquas putredines, et immunditias in stratis publicis, et vijs vicinalibus d.e Terre, nec in carbonarijs, ex suo off.o, et ad petitionem cuiusque Petentis, et contrafacienes puniatur summarie pro libito voluntatis, et de facto omni solemnitate omnissa in sollis quinque pro qualibet, et eas faciat removere ex suo off.o expensis projicientium ad petitionem Petentis, et pred.us bandiatur, et teneatur damnum emendare patienti de facto, et pred. teneantur climari per se, vel eius Notum qualibet edomada per totam d.m Terram.

Qd Dnus Bestiarum teneatur pro famulo, et Pastore damnum dantes.

140 Item statuimus, et ordinamus, qd si aliquis habuerit Bestias, et Custodis, et ipse damnum dederint cum eis, puniatur Dominus earum pro Custode, et damnum a Bestijs factum, et datum debeat emendare secundum formam Statutorum, et ordinamentorum predictorum.

Qd Quicumque vult aliquem accusare teneatur ipsam accusationem dare in hi scriptis

141

142: Item statuimus, et ordinamus qd qui accusare voluerit aliquam personam de damno dato, debeat accusare in his scriptis prestito Iuramento palam accusando exceptis in casibus supradictis, in quibus statur Relationi Custodum, seu Iuramentorum, et ipsos debeat Retinere in Secreto.

Qd Potas non possit, nec debeat commedere, nec bibere cum aliquo Terrigena

143: Item statuimus, et ordinamus qd Potas et eius Notus, et Familiares non possint commedere, nec bibere cum aliquo Terrigena, vel habitatorem, et morante in d.a Terra ad penam x. librarum pro qualibet vice, et qd d.s Potas, Notus, et Familiares non possint, nec debeant recipere aliquem denarium alicuius condemnationis, nec aliquod in Iure, vel aliquod alium p se, vel p interpositam personam, nec pro alia executione fienda occasione d.i sui offi.i ab aliqua Persona d.e Terre ad penam vigintiquinque sold.rum Cortonensium, immò omnes introitus pecunie condemnationum, et penarum perveniant ad manus Cam.rij d.e Com.s pro d.o introitu mittantur in Libro introitu d.i Cam.rij. Qd Potas et Offi.s non possint accipere aliquam pecuniam pro aliqua pena in execut.ne

Qd Potas, et Notarius pro d.o Off.o exercendo possint imponi penam quinque sold.rum

144: Item statuimus qd d.us Potas pro d.o suo off.o exercendo contra inobedientes possit penam imponere quinque sold.rum Cortonensium pro qualibet die, et eam ab eis, et quolibet eorum exigere de facto sine strepitu, et figura Iudicij, dummodo non excedat summam pro una, et eadem causa xxxx: sold.rum

Qd nullus audeat prohicere aliquam Bestiam mortuam prope murum d.e Terre

145. Item statuimus, et ordinamus, quod nulla Persona audeat, vel presumat proiicere, vel proiici facere aliquam Bestiam mortuam, nec Sanguinem extra dictam Terram prope dictam Terram, nec per centum passus ad passum convenientem, pena viginti Soldorum vice qualibet qua fuerit contrafactum, Et idem intelligatur in Stradis publicis, et quilibet possit contrafacientes accusare, et credatur Iuramento accusatoris, pro quibus liniri, et limari faciat dictus Notarius semel in Eddomada pena centum Soldorum Cortonensium.

Quod quicumque fuerit accusatus, et confessus fuerit detrahatur quarta pars condemnationis.

146. Item statuimus, et ordinamus, quod quicumque fuerit accusatus vel denuntiatus, vel contra eum processum per dictum Potestatem de aliquo malefitio, vel delicto confesso contempto in presenti ordinamento, et sponte se excusando a dicto malefitio, vel delicto confessus fuerit dictum malefitium, vel delictum quarta pars condemnationis, et pene minuatur, vel relaxetur.

Quod Notarius possit cognoscere de damnis datis per accusationem, vel denuntiationem.

147. Item statuimus, et ordinamus, quod dictus Notarius in damnis datis possit, et debeat cognoscere per accusationem, vel denuntiationem omnibus, et singulis damnis datis in quibuscumque locis, et rebus, et per quascumque Personas cum Bestiis andantes. Statuendo firmamus, quod quando contra quemcumque procedi contingerit per accusationem, vel per inquisitionem, quod probari debeat de damno commisso iuxta formam traditam supra in proxime lapso aliquin, nec ad satisfaciendum parti, seu ad penam solven- Quod non probato damno commisso pena, nec emenda solvatur etc. si esset contumax

dam astringi possit non obstante, qd accusatus foret seu esset contumax reputatus insuper permittimus qd cuilibet liceat accusam, seu denuntiam absque inquisitionem datam Potestati vel eius Notario damnorum datorum, contra quemcumque retrahere, et renuntiare infra sex dies a die datæ accusæ, seu denuntiæ, seu inquisitionis, et ipsa repetita, seu retracta accusatus non possit puniri, et potestas non possit ultra proceder contra accusatos, denuntiatos, seu Inquisitos pred.tos qua accusa retracta, et repetita, vel denuntiatione, vel inquisitione d.ta talis accusatus, vel denuntiatus condemnetur p d. Potem in quinque sold. Cortonensium vice qualibet, quos de facto solui faciat. Qd quicumque liceat accusas, vel inquisitionem infra sex dies retrahere. Qd ut absoluti d.ti non solva tur nisi Sollos quinque.

Qd Potas pred.s non possit facere aliquam executionem nisi prius sit satisfactum Parti.

148. Item statuimus, et ordinamus, qd d. Potas, et eius Notarius, qui fuerit supra damnis datis teneatur, et debeat simul, et semel facere executionem de penis Pois dubitis, et emendare facere cuius fuerit damnum datum ad petitionem petentis ad penam decem librarum pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit.

Qd Potas d.s teneatur incidi facere infrascriptas arbores ad petitionem Petentis.

149. Item statuimus, et ordinamus qd si aliquis nollet, nec possit convenire in seculari foro d.e Terræ pretextu alicuius Privilegij et habeat aliquos arbores in re sua, vel p eum possessa contra formam statuti, quæ damnum inferant vicino suo, et incidere renuisset ad petitionem damnum Patientis, D. Potas teneat. et debeat ad penam centum librarum Cortonensium, qd Laboratores d.e possessionis, et d.as arbores incidere debeant secundum

formam prescriptam, et d.° Laboratori penam imponere centu *130*
solid. Cortonensium, et ipsam auferre, ut ipsas arbores incidat, et
d.s Laborator cogi non possit, nec molestari per Dnum d.e Terre,
vel occasione incisionis pred.e nec contra eum procedi per Potem
d. Loci, Et si recusaverit ipsas arbores incidere, tunc liceat
damnum Patienti eam impune incidere, et incidi facere post
terminum datum, et decursum d.° Laboratori, quem terminum
d.s Potas teneatur dare, et scribere ad petitionem Petentis.

## Qd Potas teneatur facere reparari omnes vias, et Pontes.

159: Item statuimus, et ordinamus, qd Potas d.e Terre vinculo Iuramenti,
et ad penam X. Librarum de suo salario retinendarum tenea:
tur facere excomodare, et facere actare omnes stradas, et vias
d.e Terre, et extra d.am Terram, et etiam fontes existentes per Territo:
rium d.e Terre expensis adiacentium de contrada, ut consuetu
est ad petitionem Petentis et hoc faciat, et sequirat, et in qualibet
Contrada antiquiores homines d.e Contrade, quos homines iurare
faciat de ipsa via remunienda, et qd secundum, qd ipsi di:
xerint ita fiat, et terminetur, et per singulos adiacentes possessio:
num pred. dum viam faciat ad utroque latere unum pedem, ex
eorum possed.bus, et ipsam viam sic terminatam, et recuperatam
faciat reparare, qd perpetuo sit via, sicut pred. homines ter:
minabunt, et de his fieri faciat unum Librum, sive Registrum
per Notarium d. Loci, ut d. via non expediat ulterius terminari
Contradam, locum, et amplitudinem ipsius vie, per quas via actetur,
ita qd commode homines, et animalia per eam transire possint
ab utroque latere ipsius, et si d.s Potas fuerit negligens in
premissis, vel aliquo premissorum, condemnetur per Sindicu

131: in x. lib. Corronensium pro vice qualibet quoties fuerit requisitus.

Quod Potestas faciat, et facere teneatur remundari Fontes, qulumbria, sive abeveratoria

151: Item statuimus, et ordinamus, quod Potestas d. Terrae teneatur facere remundari Fontes Morgiani, et Castelli quoties opus fuerit, et necesse, et manutenere eam cupam et mundam, quae itur ad d.um Fontem Castalli expensis Com. ad poenam centum soldorum de suo salario, et quod nulla Persona faciat aliquam lavaturam in ipsis Fontibus, et abeveratoriis, nec prope ipsos Fontes per tres pedales poena quinque soldorum pro qualibet vice, et qualibet contrafaciente, et quilibet de d.a Terra maxime Custodes teneantur, et debeant D. Potestati vel ejus nuntio officiali libere, et prompte obedire ad poenam x. soll. Corronensium pro qualibet inobedientia, et qualibet vice auferendorum de facto, et summarie.

Quod non audeat ullus aucellare in vineis alienis

152: Item statuimus, et ordinamus, quod nullus audeat vel presumat venari, sive aucupari, vel vineas, seu terras bladatas quocumque blado, et canape cum planteriis et retibus trascinatoriis, vel buccinis, et qui contrafecerit puniatur qualibet vice in decem soll. et damnum emendet patienti, et credatur sacramento damnum patientis usque in viginti solidis ab inde supra stetur cum d.o unius testis de visu, hoc addito quod nullus Forensis debeat aucellare cum buccino per districtum d.ae Terrae ad poenam xxxx. soll. Corronensium, et quilibet possit sibi auferre retia sine poena.

De poena venantium, aucupantium in vineis, et quod liceat eis retia auferre.

Quod nullus audeat removere aquam de cursu antiquo.

153: Item statuimus, et ordinamus, quod Potestas d.ae Terrae qui pro tempore

fuerit ad penam x. librarum de suo salario teneatur, et debeat ad petitionem cuiuscumque petentis mitti facere Rivum, et fossatum, vel aliud conductum aquarum per cursum antiquum, et qd nullus impediat d.m opus, et cursum rivi, fossati, sciaquatorij, vel alterius cuiuscumque aquarum conducti, nec faciat resistentiam contra d.m Rivum fodendi ad penam decem lib. Cortonensium pro qualibet vice, et quolibet contrafaciente.

## De Ingorgatoribus Canaparum

164. Item qd gorgatoribus Canaparum recipiant pro ingorgatura Canapis quatuor denarios pro quolibet de omnibus Cattonis, et non plus, et qui contrafecerit in x. lib. Cortonensium puniatur, Et qd quicumque ammoverit signum de burgo alterius, teneatur ad penam xxxx. sold. Cortonensium vice qualibet, et probatio sufficiat per duos testes.

Qd nullus accipiat tabulam, seu tabulas de berteschis.

165. Item statuimus, et ordinamus, qd quicumque aliquam tabulam de aliqua bertescha d.e Terre, vel de marijs sive ante muros vel aliquod signum, ac eo de stecchatis sine licentia DD. Priorum, et D. Pot.is d.e Terre, in centum sold. Cortonensium pro qualibet tabula, et signo, vice qualibet puniatur, et probatio sufficiat unius testis, et Pot.as teneatur quolibet mense saltem bis de pred.is inquirere ut d.e bertescha, et stecchata requirere, et videre, et repertos culpabiles punire in d.a pena summarie, et de facto, et quilibet possit contrafacientem accusare denuntiare et habeat quartam partem pene, et si inveniretur fuisse aliquam tabulam, sive lignum clavium, vel aliud ferrum asportatum, vel aliqua bertescha sive de antiporti, vel stecchato, et non inveniretur exportans, quod

133. Custodes, qui custodierint ea hora, qua fuerit exportatum in X. Sold. Corronensium pro qualibet ipsorum vice puniatur, dummodo in tali berterscha, unde fuerit aliquid exportatum non fuerint Custodes ad Custodiam deputati, sed si fuerint ibi Custodes deputati, ipsi Custodes, et non alij in d.to pœna Centum Sold. pro quolibet, et vice qualibet puniatur. Et ipsas bertescas, annerenia, stecchata, et eas fossos Carbonarias, barcalia portarum d.ti Com. teneatur manutenere, defendere, et conservare, et ubi necesse fuerit aptare, et Cæ: pavari, et si opus fuerit denuo fabricari expensis d.ti Com. sub pœna x: librarum de suo salario retinendarum.

## De pœna damnum dantium in blado Personaliter vel cum Bestijs.

156. Item Statuimus, et ordinamus qd nullus audeat vel presumat damnum dare, vel facere personaliter in aliquo blado falcij, Leguminibus, et alijs similibus ad pœnam x: Sold. Corronensium qualibet vice, et quolibet contrafaciente; Si quis damnum dederit in d.tis bladis Leguminibus, et alijs similibus cum Bestijs minutis, solvat pro pœna qualibet vice pro Bestia minuta vid. Pecudina duos solos Corronensium si verò damnum dederit in d.tis bladis cum Bestijs grossis vid.t Bovinis, Caprinis, Porcinis, Asininis Cavallinis, Mulinis, et his similibus in quinque Sold. vice qualibet, et pro qualibet Bestia puniatur de omnibus suprascriptis, et emendet damnum Patienti in duplum. Si quis verò damnum dederit cum d.tis Bestijs grossis in d.tis Bladis admetatis Seccatis, et Montichiatis pro qualibet Bestia grossa in qualibet vice in X. Sold. Corronensium puniatur, Et illud dicimus, si aliqua dictarum Bestiarum damnum dederit in aliqua Ara quando Bladum

De pœna dantium damnum in Bladis admetatis, et Seccatis.

et in ipsa, et Contrafaciens in d.a pena X. soldorum vice qualibet, et qualibet Bestia grossa puniatur. Et Potestas teneatur, et debeat mittere Notarium suum, et Familiares suos ad exquirendum de predictis. Et si negligens fuerit in predictis vel aliqua predicta, pena Centum soldorum Cortonensium vice qualibet puniatur de suo salario retinendarum.

## De pena transeuntis personaliter, vel cum Bestijs per aliquod genus Bladi

157. Item Statuimus, et ordinamus, quod si aliquis damnum dederit personaliter vid.t transeundo, vel traversando per aliquod genus bladi, solvat pro damno, et pena qualibet vice soldos duos Cortonensium, si cum Bestijs, solvat quinque soldos Cortonensium vice qualibet, et pro qualibet Bestia minuta, et emendet damnum Patienti, excepto tamen, quod tempore Rumoris ad eorum defensionem nullatenus teneatur fugiendo ad eorum defensionem, ac ea liberet. et si bos eadem per auvilleus aufugeret, et fugam arripet. Quod Bestia Curvilans non teneatur ad penam

## De Maleficijs committendis per Forenses possunt preponere in Consilio.

158. Item Statuimus, et ordinamus, quod de Maleficijs committentes per Forenses cum Terrigenis, quod dictis Prioribus liceat preponere et preponi facere in Consilio Dicto, et si vinceretur per Maiorem partem teneatur ratum, et firmum sine aliqua pena non obstante de alijs maleficijs, et processibus pendentibus loquentibus de proposito fienda, quod possint preponere in tali casu, et tali Maleficio, et Forensibus tam in Criminalibus, et damnis datis, quam in alijs casibus duplicetur pena in qua Terrigena veniret condemnandus.

## 135: De Malefitijs committendis p homines Terre Collesci:
## pionis, non possint proponi in consilio.

159: Item statuimus, et ordinamus, qd in Malefitijs comittendis p
homines, et Personas, et Incolas de Terre, qd DD Priores, et Con:
silium non possint, nec debeant proponere, nec proponi
facere in consilio, nec facere gratiam alicui Persone de d.o
Malefitio commisso sub pena quinquaginta librarum dena:
riorum p quolibet de facto auferendorum p Pote d.e Terre
qui pro temp.e fuerit. Et si d.ti Priores negligens fuerit in pre:
dictis, teneatur ad eamdem penam.

## De Lusoribus cum Taxillis.

160: Item statuimus, et ordinamus, qd in Cap.lo precedenti de Luso:
ribus ad Ludum Taxillorum qd Cap.lum et sub Rub.a 7.. non
obstante qd in d.o statuto, et Cap.lo contineatur pena X. Sold.
dicimus tamen qd alicui nullo tempore sit licitum ludere
ad Ludum Taxillorum ad penam duorum Florenorum, aut pro
quolibet contrafaciente, et qualibet vice de facto auferendorum
p Potem d.e Terre, qui pro tempore fuerit, et si quis aliquis
Terrigena d.os Lusores accusaverit, habeat medietatem d.e pene, et
alia medietas sit Coij, et Potestatis d.e Terre, et si invenirentur p
Potem, vel eius Notum, et Off.les habeat quartam partem dicte
pene, et tres partes Coij, et ad eamdem penam teneatur ille
qui d.os Lusores receptaverit.

## De pena vociferantis partem Guelfam, vel Gibellinam.

161: Item statuimus et ordinamus, qd nulla Persona in d.a Terra Colles:
cipionis audeat vel presumat dicere, aut vociferare partem
Guelfam, vel Gibellinam ad penam, et sub pena decem Flo:
renorum auri de facto p Potem d.e Terre auferendorum

Et si aliquis nostre Terre accusaret illud delinquentem Potestati, habeat d.e accusans medietatem d.e pene, et hoc intelligatur a quatuordicim annis supra, et si potestas negligens fuerit in pred.is simili pena puniatur de facto, tempore sui sindicatus.

## De pena detinentium aliquam qualitatem Bestiarum Pecudum, caprarum, seu Porcorum in Territ.o Collesejssionis.

161. Item statuimus et ordinamus, qd nullus habitator d.e Terre, seu Forenses audeant, nec presumant detinere aliquam quantitatem Bestiarum, Pecudum, caprarum, seu Porcorum in Territorio dicte Terre Collesejssionis, et licitum sit unicuique d.e Terre habere, et detinere in d.a Terra Collesejssionis unum Porcum, et unam capram, et quicumque contrafecerit puniatur in quinque sollis pro qualibet Bestia, et qualibet vice. Addimus tamen qd Macellari, seu Porcari d.e Terre possint, et liceat eis tenere in d.a Terra, et eius Territorio centum Castrones, aptos ad macellandum infra quos, et d.m numerum possint tenere viginti quinque follatos, et quatuor Pecudes. Et dicti Macellarij, seu Becchavij teneantur, et debeant facere carnes ad sufficientiam pro com.te d.e Terre, et qualibet Persona. Insuper liceat eis macellarij, et Becchavij tenere, et habere quatuor Porcos a medio mensis Augusti, usque ad medium mensem Octobris et si contrafecerint puniantur penis suprad.is a medio mensis 8bris usque ad carnis privisium possint tenere ad eorum libitum, et voluntatem. Et qd d.i Macellarij, sive Becchavij, qui detinent d.os Porcos teneantur, et debeant macellare, seu macellari facere una vice tantum in Edomada, et si contrafecerint in pred.is puniantur in viginti sollis Cortonensium. Item qd d.i macellarij, et Becchavij, ut supra detinentes, qd quando vendunt carnes vel pondus stateræ detrahant, et diminuere debeant una uncia cum

Qd mercatoribus liceat retinere bestias in terra octo dies

137: dimidia pro qualibet libra, ita qd veniat pondus Bilanciarum
Et contrafaciens puniatur in centum soldis pro quolibet, et qualibet
vice cuiquique tam Terrigena, quam Forensis ducentes aliquas
mercantias Porcorum, et castratorum liceat retinere per octo dies.

Qd Dni Priores non possint expendi de ere, et pecu:
niis Comunis ultra unum Florenum pro quolibet mense

163: Item statuimus, et ordinamus, qd DD. Priores d.e Terre qui pro tem:
pore erunt, et sunt, possint, et sit eis licitum expendere, et ex:
pensas facere de ere, et pecunia Com.is unum Florenum pro quo:
libet mense sui regiminis, et si casus fuerit, qd ipsi expenderent
et expendi facerent plus ut d.m est superius, teneantur d.i D.D.
Priores remittere in Communi, et puniantur in decem libris, sed
tamen completa imbussulatura, quę est in sacchetta, de facto
auferantur pro Potem d.e Terre, qui pro opere fuerit, et si dictus
Potas negligens fuerit puniatur in d.a pena decem librarum,
et illius solvis qd d.i Priores expendiderint.

De pena promittentium alicui dare, et tradere aliquam
Filiam, Sororem, Consanguineam, et postea non observaret.

164. Item statuimus, et ordinamus, qd si aliquis de Terra sollescripionis
promiserit, seu convenerit tradere, seu dare alicui filiam, sororem,
aut aliam mulierem suam consanguineam in uxorem, qd si ca:
sus advenerit sine legitima causa a Iure instituta recusans
ei dare, ut promiserat, teneatur dotem pro se promissam cum
effectu dare et solvere illi cui promiserat. Et similiter si ne:
gans, seu recusans mulierem sibi promissam ducere in uxorem
sine aliqua causa a Iure prohibitam solvere cum effectu te:
neatur promittenti, seu mulieri dotem sibi promissam, et pu:
niatur quilibet recusans in quarto solvis d.e dotis promissę

Et Potas qui pro tempore fuerit, teneatur, et debeat ad instantiam petitionem petentis, et Ley habentis exequtioni mandare ad pœnam viginti quinque lib. Cortonensium de suo salario retinendarum tempore sui sindicatus.

Qd Uxor quando decesserit Maritus, non possit repetere dotem, nisi eo modo, et forma, quam recepit.

165. Item statuimus, et ordinamus, qd si aliquis Maritus alicuius alicuius Mulieris decesserit, qd ipsa Mulier, seu Pater, Frater aut alia Persona sibi coniuncta, seu promittens, non valeat nec presumat repetere dotem promissam, et solutam pro d. Muliere, nisi infra, et ad terminum in promissione de d.a dote facta contemptos.

Qd eligatur p Commune d.e Terre Cancellarium Forense.

166. Item statuimus, et ordinamus, qd eligatur Personis d.e Terre Collectionis Cancellarius Forensis, qui sit Ecclis, et Fidelis S. Matris Eccle, et habeat d.us Cancellarius pro eius salario, et mercede duos Florenos auri cum dimidio pro quolibet mense completo prius imbussolatura, que est saccula, et teneatur ire in servitium et utilitatem Communis, ubi necesse fuerit sine aliquo salario, sed tamen habeat expensas, et qd Cam.ius qui pro tempore fuerit, teneatur exigere, et exigi facere omnes datias, et collectas suo tempore impositas p.lo d. Terre integaliter suis sumptibus, et expensis, et qd Potas d.e Terre, et qui pro tempore fuerit, teneatur, et debeat ad instantiam, et petitionem illius Cancell.ii qui .... pro tempore cogi, et constringi omnes et singulas Personas male solventes dictas datias, et collectas d.o tempore impositas, et si negligens fuerit in pred.is puniatur

De salario Cancellarii.

Qd Cam.ius teneatur exigere oes collectas.

Qd Potas teneatur constringere oes male solventes ad instantiam Comis.

139: in vigintiquinque librarum Cortonensium, et Mostij d.e Terre Collesipionj possint, et eis liceat habere, et exercere astum Cammerarij, et d. Prioris, et alij Offitij prout eis incumbunt, et habeat d.us Cam.rius pro suo Salario, et mercede unum floren: num pro quolibet mense. ~

De Salario Cam.rij d.e Terre.

## Qd. nulla mulier possit ire cum aliqua mercantia in aliquibus Civitatibus.

168: Item Statuimus, et ordinamus, qd. nulla mulier, seu femmina de d.a Terra Collescipionis possit, nec debeat ire in ali: quibus Civitatibus, Terris, seu Castriseum aliqua nec pro aliqua mercantia, vid. non portare, nec reportare ullo modo, sed liceat eis ire ad indulgentias ubique locorum, et nundinas, seu fiera, et ibidem portare, et reportare ab eadem quidquid volunt, et contrafaciens puniatur pro quolibet, et qualibet vice in decem libris denariorum Cor: tonensium de facto auferendis per Priorem d.e Terre qui erit pro tempore, et si negligens fuerit in exigendo dicta penam, puniatur in eadem pena.

## Qd. Presbiteri Sancti Nicolai, et Sancte Marie non possint recipere pro Sotterratorio ultra X. Sollos.

168: Item Statuimus, et ordinamus, qd. omnes Presbiteri S. Nicolai d.e Terre non possint, nec debeant auferre, aut tollere a sepellientibus in cappellis d.e Eccl.e S. Nicolai, vid. in cappelli prima cont. Cappellam S. Antonij usque ad Cappellam S. Lucie pro ot ternodinis decem Soll. Cortonensium, que Cap: pelle erant primitus Cemiterium d.e Ecclesie, et similiter

Presbiteri S. Marie non possint, nec debeant recipere, nec recipi facere ab illis, qui sepellirent in Sotterratorio S. Lucie, que est apud murum Comunis nisi decem soldos Cortonensium pro quolibet defuncto, et ibidem sepellitur, et Potas non possit, nec debeat cogere, nec cogi facere aliquem Tonigenam ad instantiam, et petitionem alicuius Presbiteri, si ipse Presbiter non se submictet, posse conveniri in causa seculari.

## Qd aliquis Offitij non possit habere restimam

169 Item statuimus, et ordinamus, qd nullo tempus, et nullum modum restimetur aliquis Offitij, tam Potas, quam alij Offitiales, et maxime DD. Priores, Cam.rius et Canc.rius, et si quis non fecerit custodiam nocturnam puniatur in quinque ........ soll.di et si fuerit punterio de die prima punctatura non teneatur ad penam, pro secunda punctatura duodecim denariorum; Et si fuerit punctatus tribus vicibus. de die puniatur pro custodia fallita in x. Soll.di tempore hijemali, et si fuerit tempore Estatis puniatur in viginti soll.di, et in quolibet casu teneatur reficere custodiam pred.am Et quod Potas non possit, nec debeat requirere custodiam ultra quatuor vices. De custodia fienda, et pena

## De pena mictentium ignem in aliqua Domo vel in aliquo Loco.

169 Item statuimus, et ordinamus, qd quicumque combuverit vel ignem immiserit in domo aliena studiose et appensate in ducentorum libris denariorum Cortonensium pro qualibet vice

141: Et si combuserit, seu ignem immiserit in Arboribus, vinea et Cneto aliena Studiose puniatur in viginti quinque libras Cortonensium. Et si aliquis immiserit in Stipulis casualiter ignem, et casu fortuito infocaverit aliquod genus bladi desecati, et non desecati, vel alios arbores, non teneatur ad aliquam penam, et in quolibet supradicto Casu, teneatur ad emendam domini; Et Potes teneatur ad petitionem Petentis, et damnum passi emendari facere, qd si non fecerit puniatur in Libris Centum de suo salario retinendis.

Qd Potas teneatur cogere Litigantes ad faciendum Compromissum.

170: Item statuimus, et ordinamus qd Potas qui pro tempore fuerit teneatur, et debeat vinculo Iuramenti cogere, et constringere omnes et singulos litigantes, et Personas in Curia ipsius D. Potis omnium, et Singulorum litigantium litium, et controversiarum ad compromittendum d. eorum litem, Causam, et controversiam in manibus arbitrorum de iure tantum, et de facto si voluerint litigantes facere, Et recusans compromittere d.a Potas non debeat de cetero audire.

De pena Vendentium Forensibus.

171: Item statuimus, et ordinamus qd de Cap.to loquente de venditionibus Forensibus fiendis qd ubi dicit pena xxx. librarum volumus tamen qd puniatur in xxv: florenis. Et si Potas negligens fuerit in exigendo d.m penam in eadem pena puniatur ipse: Et quicumque receperit instrum.to emptionis a Forensibus puniatur simili pena. Et hoc intelligatur de venditionibus, et emptionibus futuris. Sub Cap.to 91: a Car: 90

Qd Notarij d.ti Terre et Tabelliones teneantur facere Custodiam diurnam, et nocturnam.

173: Item statuimus, et ordinamus, qd Nod d.ti Terre et Tabelliones tam presentes, quam absentes teneantur facere custodiam diurnam, et nocturnam, et contra faciens de die hiemali in x. sollij, Et si tempore estatis de di non fecerit custodiam in viginti sollorum, et deficiat Custodiam.

Qd Potas teneatur tenere, et secum ducere duos Notarios.

174 Item statuimus, et ordinamus, qd Potas d.ti Terre qui pro tempore fuerit, teneatur, et secum ducere, et continuo habere, et detinere unum bonum, et praticum Notum, et expertum ad maleficia, et extraordinaria, et quando sibi possibile erit ad exercendum off.m damnorum datorum, ac eo loco famuli; Teneatur d.us Potas habere, et tenere unum Notum, qui continue diu nocteque exercitet officium damnorum datorum, et habeat de inventionibus ipsos, et quem libet ipsorum inventis mediaetatem pene tamide d. damnij datis. Et si Potas pred.tus non tenuerit d.m notarium, non habeat d.m medietatem d.e Pene, nisi quartam partem, prout supra in d.o statuto plene continetur, et d.us Potas teneatur ad penam unius floreni pro quolibet mense quantum fuerit in mora non detinendum d.m Notarium.

De pena facientis aliquod Laboritium in Festivitate Sancti Bernardini.

175. Item statuimus, et ordinamus, qd nulla Persona de Terra Colle-

scripsionij audeat, nec presumat laborare, vel aliquod labo:
ritium facere in Testiritate S. Bernardini de mense Maij
Et qd d. Potas teneatur, et debeat facere bandiri d.m Testiri:
tatem, et qui contra fecerit puniatur in solij x: Cortonensium.
Et si d.s Potas in pred.is negligens fuerit condamnetur tem:
pore sindicatus in libris x. denariorum Cortonensium; Et Ego
Petrus Jacobij Dominici de Monte Asula Pub.us Imperiali
Auctoritate Notarius, et Judex ordinarius Contestor pred.is omni:
bus, et singulis Statutis, et ordinamentis copiatis de quodam
Statuto vetero, et adhibitis dum olim facta edita, et ordina:
ta fuerunt in d.a Terra Collescipionis Eccl.e S. Nicolaij p.t in
d. Statuto vetero continetur, et copiato p me Notum de volun
tate, et consensu, et auctoritate D. Ludovici qm Arangeli
de Lugnano tunc Vicarius d.e Terre et DD. Sex ante Positorum
vid.t Jacobutij Putrimartini, Jacobi Trosciantij, Antonij Poli:
campi, Joannes qm Cole Andree Barnabutij, et Marioli Lutij,
qui tunc erat de Off.o Sex autem Positorum ac etiam ex de:
liberatione solemni facta in Consilio Dicto d.e Terre interfui
et ea, et contempta in eisdem Cap. in pub.co Log.t scribere, et
concordare inveni nil addens, aut minuens sove punctum,
vel litteram, propter qd substantiam dd.m Litterarum valeat
in consensu et voluntate suprad. D. Potas, sex ante Positorum
cum deliberatione d. Consilij in his sex quinternis de partis
membranis in suprad.is sex folijs scriptis, et quatuor non scriptis
mea propria manu scripsi, et publicavi, et meum signum
consuetum in Testimonium premissorum appositum, et in
Cap.lo de verbis iniuriosis qd est sub Rub.a 53: emisi mea pro:
pria manu, vid.t de cuius similitudine stetur arbitrio Vicarij,
ac etiam in Cap.lo qd est sub Rub.a 33: ad quatuor versus emisi.

appportaverit, et possit eas cum appodisa de d.a Terra extr= 144:
have sub Anno D. N. MCCCCCLIII: Ind 1a. die x: Mensis
Octobrij tempore Ssmo in Xpto Patris, et D. N. D. Nicolaij di:
vina providentia Papæ V1.
Signum Cmei +. Petri Jacobi Chotij supprad.

175: Copia Reformationum. Et primo. De executionibus Immittendis in Cippo.

176: Item statuimus, et ordinamus, qd Potis, et eius Offles et Familia teneatur, et debeat oes, et singulas executiones, tam ordinarias, quam summi parias immittere, seu immitti facere in Cippo Potis in sala Magni Palatij existente, et ipsam, seu ipsas exequtiones apud se ipsos retineri, vel aliqui. quas in d.o Cippo ponere sub pena, et ad penam viginti quinque librarum denariorum Cortonensium vice qualibet qua ipsos, vel ipsorum aliquem fuerit contrafactum de Salario Potis tempore Sindicatus retinendarum; Et si quis Potem, vel aliquem de Sua Familia in premissis delinquentem accusaverit, lucretur tertia pars d.e pene; Et similiter illi, seu ille, qui solverit exequtionem, puniatur, et debeat exequtionem in d.o Cippo, et non alibi immittere vel non ponere sub d.a pena. Insuper d.tus Cippus aperiatur et aperiri debeat de duobus mensibus in duos menses. et citius p.t DD. Prioribus videbitur, et placebit, Et pecunie, que in ipso Cippo reperiuntur, et inde exorhantur, medietas sit ipsius Potis, et altera medietas Communis Collectionis, de qua solvatur, et solvi debeat p DD. Priores Notarium et Cancellarium Comis pro suo Salario, et non alijs, nec pro alia dispensanda possit sub pena X. librarum denariorum Cortonensium pro quolibet DD. Priorum contrafacientium.

## De Festivitatibus Custodiendis

177: Item ut omnia alia Festa custodiantur, addimus Capitulo Statuti de diebus Paschalibus, et statuimus, qd nullus Mercator, Laborator, et alterius Artis artifex diebus infrascriptis Festivis vid.

in Festivitate D. N. Iesu Xpti, In festo S. Stephani, in festo 176:
S. Ioannis Evangelistæ, In festo omnium SS. Innocentium,
in festo S. Silvestri, in festo Circumcisionis D. N. Xpti,
In festo Purificationis S. Mariæ, In festo Ascensionis D. N.,
In festo Annunciationis S. Mariæ, et Assumptionis eiusdem,
In festo Inventionis S. Crucis. In festo S. Laurentij, in festo So-
lemnitatis S. Simonis et Iudæ, In festo S. Martini Epi, et Con-
fessoris, In festo Corporis Xpti, In festo S. Antonij, In festo
S. Luciæ audeant, nec presumant in d.tis diebus Festivis labora-
re, aut aliquod Laboritium facere, seu exercere, et etiam non
liceat alicui Mercatori aliquam eius Mercantiam vendere,
nec emere, contrafaciens puniatur pena, et penis in d.o Statu-
to de diebus Paschalibus loquente contentis.

Qd Nullus Macellarus possit macellari diebus Festivis

178: Item qd d.e Festa integre, et illesæ custudiantur, addimus tamen,
statuimus et ordinamus, qd nullus Macellarius tam Terri-
gena, quam forensis, vel alia Persona in d.a Terra, vel eius
Territorio, et districtu, audeat, nec presumat quoque modo,
vel alio quesito colore macellare, vel carnes alicuius gene-
ris vendere in omnibus, nec aliquis emere, et singulis Festi-
vis diebus in d.a addictione, et Cap.lo supra nominato contem-
ptis, et preceptis, et in d.tis Sacerdotibus, et Presbiteris d.e Terræ
contrafacientes vero puniantur in x. libris denariorum Corto-
nensium de facto p. D. Potestatem auferendis, qui Potestas si negligens
fuerit puniatur in d.a pena de suo salario tempore
sindicatus de facto auferenda.

179 Qd Presbiteri, et alij Religiosi non solvant Gabellam.

177: Item addimus statuimus, et ordinamus, quod nulli Pedagerio, seu Pedagium exigenti liceat Presbiteris, Sacerdotibus Religiosis, et alijs Personis Ecclesiasticis, tam per dictam Terram, quam per eius Territorium, et districtum transeuntibus exigere, nec petere pedagium, dummodo portent ea quæ sint apta, et necessaria ad eorum ordinem, ac etiam eorum victum, et vestitum. Et contrafaciens puniatur in decem libris denariorum Cortonensium pro qualibet vice de facto per Potestatem dictæ Terræ auferendis, qui negligens fuerit simili pœna puniatur.

## De Electione SS. Sanctæ Mariæ, et San: Nicolai

180: Item addimus, quod annuatim in Kalendis Mensis Aprilis DD. Priores teneantur, et debeant qui pro tempore erunt, eligere et deputare quatuor homines probos, Legales, bonæ conditionis, et idoneos ad conservandum res, et bona Ecclesiæ S. Mariæ et totidem ad conservandum res, et bona S. Nicolai fideliter et bona fide; Qui DD. Priores si contrafecerint puniantur in centum Solidis denariorum Cortonensium pro quolibet ipsorum per dictum Potestatem de facto auferendis, qui D. Potestas habeat medietatem dictæ pœnæ, et medietas sit Communis.

## De Electione hominum ad paciscendum

181: Item addimus pro pacificandis Personis, et statuimus, et ordinamus, quod dicti DD. Priores, qui pro tempore erunt annuatim in Kalendis Mensis Aprilis teneantur, et debeant eligere, nominare, et deputare sex bonos, idoneos, et probos viros, ac etiam ad pacificandum actos, Personas dictæ Terræ, qui habeant auctoritatem, et liberam potestatem constringi facere volentes pacificare per

Potem̃ d.e Terræ ad pacifcendum, et qui contrafecerit puniatur. p d.m Potestatem in X. libris denariorum Cortonensium de facto auferendis vice qualibet, qua fuerit nolenti p d.m Potem̃ præceptum. Qui sic electi habeant plenam licentiã, et liberam potestatem dandi, declarandi, adiudicandi, et difiniendi, et sententiandi omnia, et singula sententia, Controversia, lites, et questiones quomodocumque, et qualitercumque inter d.os paciscentes nomentenes summarie, et de facto usque ad quantitatem viginti quinque librarum ab inde vero super quamcumque sit quantitas discernant, et cognoscant de Iure tantum. Et si Potas in pred.is fuerit negligens in d.a pœna, puniatur de facto tempore sui sindicatus de suo salario retinend. Simili pœna puniantur Priores pred. si fuerint negligentes eligere d.os sex homines p d.m Potestatem exigend.

De diebus, in quibus Notti non possint condere Instrũ.

181. Item addimus, et ad delenda peccata notariorum, statuimus, et ordinamus, qd notarij, seu Tabelliones, tam Terrigenæ, quam Forenses in d.a Terra, seu eius Territorio, et districtu diebus Festivis vid.t omnibus diebus Dominicis, Festivitatibus Nativitatis, et Asentionis D. N. Iesu Xpti, ac etiam Festivitatibus S. Mariæ de mense Martij, et Augusti non audeant, nec presumant condere, seu conficere aliquod Instrum̃, seu Instrũa alicuius generis; qui contrafecerit puniatur in Centum sold. denariorum Cortonensium vice qualibet, et etiam simili pœna puniatur qui d.a Instrũa fieri fecerit p Potem̃ d.æ Terræ de facto auferendis, et d.a Instrũa sic facta, et condita non valeant, neque teneant ipso Iure sint nullius efficaciæ, vel valoris exceptis Instrũs

149. Testamentorum, Matrimonialium Pactorum, et hijs, qui fuerint pro utilitate, et commodo cuiuscumque aere, que possint omnibus diebus fieri sine pena, et valeant, et teneant omne eorum robur, et firmitatem.

## De Debitoribus Communis Cogendis.

183. Qui omnes homines Collescipionis cuiuscumque status Conditionis existat, qui invenirentur aliquo modo debere aliquid statis facere, vel remittere in Commune, quod dati hominibus a Cancellario, vel Litto eorum ponto in dicto Palatio, et Curiam eorum, et numquam inde discedere possint donec in totum satisfecerint, vel solverint. Et quod si presens Potestas vel aliqui venturi remissi, vel negligentes erunt in predictis pro qualibet vice, et pro quolibet non reperto in dicto Palatio auferantur XXXXX. librarum denariorum de suo salario solvendis per DD. Priores, et famulum ad denuntiandum dicti Cancellarii que toties exigatur, quoties contra factum fuerit.

## De Salario dando Messoribus, et non servantibus illud.

184. Item statuimus, et ordinamus, ac nostra lege sancimus, et reformamus, quod pro bonificatione Communis, et hominum Terre Collescipionis, predicti DD. Priores eiusdem Terre ad regimen electi, et qui pro tempore erunt, teneantur, et debeant vinculo iuramenti, et sub pena X. librarum pro quolibet ipsorum contrafaciente, applicandarum de facto sine aliquo processu pro tertia parte Cameri Communis, pro alia tertia parte officiali executionem facienti, et pro alia tertia parte accusatori, cuius nomen in secreto teneatur, in Kalendis mensis Junij quolibet anno ordinare, et decernere salarium messoribus, et secundum ipsorum DD. Priorum decretum fuerit

quilibet de d.a Terra cuiuscumque gradus, conditionis, et 
status existat servare debeat, et plusquam decretum fuerit
ut supra dare eis Messoribus audeat, vel presumat sub d.a
pena ut supra applicanda, et exigenda, et Potestas qui pro
tempore fuerit postquam sibi notificatum fuerit a quo:
cumque, contra delinquentes executionem facere neglexerit
in d.a pena incidat, et tempore sui sindicatus de suo sa:
lario retineantur pro Cam.lium d.e Terrae.

## De Dotibus restituendis tertia parte retenta.

186: Item statuimus et ordinamus, vel reformamus, quod si Mulier
aliqua decesserit ante eius virum, sive Maritum reli:
ctis filiis, seu filiabus, qui decesserint priusquam devenerint
ad etatem quatuordicim annorum, si erit Masculus, si erit fœmi:
na duodecim, vel non relictis aliquibus filiis quod Maritus lucre: Quod maritus
tur tertiam partem Dotis d.e eius uxoris predefunctæ, et omnium teneatur
Mobilium; hac tamen addito, et intellecto, quod d.s Maritus tenea: pro 3.a par:
tur, et obligatus sit ad tertiam partem expensarum in obse: te in obse:
quio d.e eius uxoris predefunctæ fiendarum. quium sue uxoris.

## De pena retinentium Porcos.

186: Qua convocato, et sufficienti numero Communis, et hominum Terræ
Collescipionis consilio coadunato, id in eo obtemptum, et sole:
mniter reformatum, atque impetrata Ill.mi D. Gub.ris confirmatione
in hoc Statutorum volumine describentur infrascriptum.
Quod nullus in Territorio Collescipionis porcos aliquos a primis Apri:
vio usque ad Kalendas Augusti, usque ad carnisprivium pro
qualibet focolari unus tantum possit retinere porcus sub pena
decem lib. Cortonensium pro qualibet bestia pro medietate

151: Coy Collescipioni, et pro alia dimidia Officialibus exeq. facientibus, applicanda ideo, atque Revocandum quam plurima damna, quæ inferebantur. Item statuimus, et ordinamus, ac ista nostra pro Lege perpetuo duratura constituimus, et sancimus, hic quæ describere nobis certum fuit.

Reformatio de Porcibus euntibus p Terram Collescipioni sine Pastore, et eorum Pæni.

187: Item Reformamus, et obtemptum fuit qd quandocumque p Curiam Seu Offlem Terræ Collescipioni fuerit repertus aliquis Porcus ire p Terram Collescipioni sine Pastore seu Patrono ipsius porci, solvat pro pæna decem Sold pro quolibet Porco, et vice qualibet de facto absque diminutione aliqua.

De Vijs Reactandis intus Terram, et Extra.

188: Item statuimus et ordinamus qd DD. Priores d. Terræ p vijs tam intus quam extra d. Terræ aptandis eisdem habeant plenum arbitrium eligere x. prudentes viros, qui habeant arbitrium viginti quinque alios etiam eligere, et ipsi debeant facere aptare et reaccipere vias, et iter communis ita qd d. viæ intus et extra bene aptentur habeant etiam auctoritatem omnibus precipere p ipsarum viarum actione et pænas eis imponere, ac exigi facere usque ad unum ducatum auri pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice, et quod viæ extra Terram faciant aptare p totum Mensem Junij sub pæna unius Ducati pro quolibet dictorum decem, et qui contradixerit ad gesta, et ordinata p ipsos incidat in pænam x. ducatorum, et eorum off. duret p annum p. et sicut in d. Reformat. continetur, ad quem habeatur relatio.

De pena Solvend. non venien. ad Consilium

189. Item simili modo, et forma statuimus, et ordinamus ad removendam pigritiam Consiliariorum, et aliorum vocatorum non venientium ad consilia celebranda, qd Consiliarij, et alij addicti et vocati d.e Terre ad consilia celebranda in d.a Terra teneantur et debeant penitus, et omnino ire, et personaliter accedere in sala Palatij d.e Terre, vel in alijs Locis designandis p DD. Priores eiusdem pro tempore existen. ad tertium sonum Campane d. Cois, sub pena, et ad penam decem Sold. pro quolibet contrafaciente et qualibet vice cuius pene quarta pars sit Offi.lis executoris facien. dis, et alie tres partes sint DD. Priorum d.e Terre pro tempore existentium, cum hoc qd D. Potas, nec DD. Priores, vel alij Offi.les d.e Terre possint, nec valeant de d.a pena, vel de d.is penis facere aliquam gratiam, sed ipsam, vel ipsas penas exigi facere infra secundum diem immediate qd fuerit contrafactum, et de facto sub pena x. Sold.rum et quolibet ipsorum, et qualibet vice Communi d.e Terre applicandorum, et exigendorum de facto, ut supra exigendo o.es d.as penas p bullettas, ne fraus committatur. Et qd Baiuli, sive Banditores d.e Terre teneantur, et debeant quando Consilia Cois bandiri contingerint sub.ta alta, et intelligibili voce d.ta Consilia bandum in quolibet tregio d.e Terre, ad hoc ut ad notitiam omnium perveniat sub pena, et ad penam x. Sold.rum pro quolibet Banditore, et qualibet vice de suo salario retinendorum et d.o Communi applicandorum, et cuilibet sit licitum d.m Banditorem contrafacientem accusare cum Iuramento, et cum uno teste fide digno ut Cred. Conf. [illegible]

Qd uniquique liceat mittere Bestias in Silva Urvari.

190. In Dei nomine Amen = Anno Dni MCCCCLXXXVII. tempore Pontif.

153. Illmi in Xpto Patris, et D. N. D. Innocentij divina providentia Papæ VIII. Ind.ne quinta Die vero XXV. Julij convocato in sufficien-ti numero Coij, et hominum Terræ Collescipionis Consilio coadunato fuitque in eo obtemptum, et solemnd ordinatum, habita prius con-firmatione ab Illmo D. Gub.re in volumine Statutorum d.æ Terræ descri-berentur, ut pred.a executioni mandentur, extitit d.m qd unicuique li-ceat mittere bestias ad pascolandum in Silva Orvari, a medio men-se Junij, postque ad Kalendas Martij, et etiam fuit d.m, et obtem-ptum, qd in damno dato in d.a Silva tempore presenti observetur d.a Reformatio, et qd nemini liceat incidere aliquos arbores in dicta Silva, ord.m quicumque inciderit in d. Silva aliquos arbores prope flumen Naris, idest per distantiam viginti quinque passum a dicto flumine, pena duppli, contempta in Statuto puniatur, ab inde supra puniatur pena Statuti d.i Coij.

## De ementibus, et mittentibus aquam Coij in possessionibus de quibus non solvuntur dative.

191. Item simili modo, et forma fuit obtemptum, et ordinatum qd quicumque emerit aquam Coij Collescipionis, et ipsam aquam in possessionibus de quibus non solvuntur dative immisserit, puniatur pena X. ducatorum, et D. Priores, qui essent tunc temporis, quæ venduntur d.æ aquæ, si non cauté cum ementibus contrahaerent, puniatur pro quolibet simili pena prout, et sicut in d.a Reformatione continetur ad quam habeatur relatio.

In nomine D. N. Xpti Amen = Anno MCCCCLVIII. Ind.ne sexta tempore Illmi in Xpto Patris, et D. N. D. Innocentij divina Providen-tia Papæ VIII. die vero nona Mensis Octobris

192. Quoniam plerumque contingi soleat ad Poten Off.m in hac nostra Terra mul-ta fieri in decus, et detrimentum Coij Collescipionis, volentes ita qd homines et Consilium d.æ Terræ malitiis, et voluntatibus, et effrenatis off. alium

193. Qd Off.^les non vadat pro damno dato sine Baiulo
Congregato in sufficienti numero Coss, et hominum Collesciploni
Consilio adunato fuitque in eo obtemptum, et solemniter ordinatu,
et reformatum ab Illmo D. Gub. huius Terre in volumine Statuo:
rum d. Terre describantur, ut pred. exq. mandentur exitit victum
et obtemptum in d. Consilio ad obviandum fraudibus offlium supra
prima preposita damnorum datorum ord. qd Off.^les imposterum
non valeant, nec possint ire per Territorium Collesciplonis ad liman:
dum DD. cum Bestijs, et sine absque, et sine baiulo, vel Castallo d.
Coss. Et si facte essent aliquae inventiones per d. Off. sive baiulo,
seu Castallo d. Coss, sint nulle, et nullius valoris ipse Inventiones
sic facte et nullum sortiatur effectum. Hoc tamen addito, qd si
d. Off.^les si ipsi obviavent sine prefato baiulo vel Castallo in aliquo vel
aliquibus damnum personaliter, vel cum bestijs adhibeantur fides ipso
Off. vel Officialibus cum presentia unius Testis d. Terre fide digno,
et sit etatis X. annorum, addimus qui una cum Off. viderint d. damnu
dantes, et qd infra terminum trium dierum post inventiones, quas ipse
fecerit, debeant portare in scriptis in Cam. seu Cancellarie
Coss d. et earum Copiam dare Can.^rio d. Terre vel mittere per Baiulum
vel Castallum d. Coss more, et stilo de maleficijs sub pena decem
librarum denariorum, et tempore eius exigendarum absque contra:
dictione, et presens reformatio, ord. qd Off.^les portet, vel mittat copias
de inventionibus d. Cam. seu Cancellarie damnorum datorum non in:
telligantur habere robur, et firmitatem tempore presentis D. Consilij, sed ab
inde imposterum incipiat, et sortiatur effectum suum. Et si contra pred.
factum fuerit inventiones per ipsos Off.^les sint nulle, et nullius va:
loris, et efficacie. Hoc consultatum, et arrengatum fuit per D. Joem

Qd Off.^les dd. teneantur infra 3.^no trium dierum in scriptis portare inventiones in Cancell.

155: Dominicum Sacchardelli de Collescipione, et etiam pro D. Matheus
qm. Jran. de eodem Loco confirmatum obtemptumque fuit in
prefato Consilio per pallottas viginti septem, nulla vero in contra-
rium reperta.

De electione Extimatorum super damnis datis.

194: Statuimus, ordinamus, et reformamus pro evitatione damnorum datorum
que ultra modum fiunt in Territorio Collisciptionis variisque diver-
sis modis, et pro restauratione fienda damnum passi, qui DD. Pri-
ores pendes, aut in eorum off. successores habeant plenam authori-
tatem, facultatem, et baliam absque rerum eligendi per X. Annorum
viginti homines ad extimandum damna data, que fiunt quomodo-
cumque, et qualitercumque ord. duos pro qualibet anno, et facere
decem cartulas, seu bossulos incisos, et inclusos in capsa alba
et illos imbussulare et ponere intus capsettam, que est in Ecc.a
S. Nicolaij pro sorte more solito extrahant, qui extracti debeant
in manibus Cancellarij suscipere Iuramentum de bene, legaliter,
fideliter et sine fraude aliqua eorum off.m exercere in eodem,
extimationes facere remotis ab eis amore, timore, pretio, et omni
eorum commoditate ad requisitionem cuiuscumque petentis, et
damnum passi, qui extimatores sic electi vocati debeant ire ad
requisitionem predictorum, et d. extimationes facere, ut supra,
et reportare, et scribi facere per Cancell.um, et pro eorum salario habeant
tantum quatrenos tres pro qualibet et qualibet extimatione. Item
qd prefatis extimationibus adhibeatur plena fides, et eorum exti-
mationes exequantur per rectorem et eius off.lem, et si alijs senserit se
gravatum a d. extimationibus non possint habere regressum
nisi ad D. Gub.rem vel eius auditorem. Item qd tempore messium,
vendemmiarum, si non pot. haberi facultas dd. Extimatorum propter
urgentem necessitatem, qd sit licitum cuilibet damnum passo posse

inducere convicinos, vel alios, quos requirit ad videndum damnum sibi illatum, et illud per eosdem extimari facere Cred.te vel qd ipsi referrent, et referant supradictis extimatoribus prestito tamen primo Iuramento illis per Cancell.m et similiter d.m extimationem assignent de Canc.rio ut supra dictum est. Et hec vindicem sibi locum in presentibus, et futuris non obstante quibuscumque in contrarium forsan facientibus.

De pena imponenda per DD. Priores seu Canc.ium pro occurrentiis Communis, et ipsius executione.

